3.2 45

32

ORATIONES VIENNAE AVSTRIæ ad Diuum MAXIMILIANVM Cæs. Aug. alioſq; illuſtriſſimos Princi- pes, habitæ. In celeberrimo trium Regum ad Cæs. conuentu. Anno. M.D.XV.

1 Ad Diuũ MAximilianũ Cæs. Aug. Prin. magnanimũ
2 Ad Sereniſſimũ Vladiſlaũ Hungariæ Bohemiæ Regẽ.
& liberos eius Ludouicũ regẽ. & Annã reginam.
3 Ad Sereniſs SIgiſmundũ Poloniæ regẽ.
4 Ad Illuſtriſs. Dñam Mariã reginã Caſtiliæ & Auſt. du.
5 A Reuereñ. in Chriſto patrẽ & Dñm Thomã Car. Stri
6 Ad Reuereñ. Dũm Matheum Cardinalẽ Gurceñ.
7 Ab Illuſtriſs. Principẽ. D. Criſtophorũ Epm̃ Premeñ.
8 Ad Illuſtriſs. D. Ioannem Epiſcopum Ratiſbonenſem.
9 Ad Illuſtriſs. Principem Vuilhelmum Bauariæ ducẽ.
10 Ad Illuſtriſs. Principem Ludouicum Bauareæ ducem.
11 Ad Illuſtriſs. Prin. Caſimirum Marchionẽ Brandebur.
12 Ad Illuſtriſs. Prin. Albertum ducẽ de Mechelpurg.
13 Ad Illuſtriſs. Prin. Vlricum de Vuirttenberg.
14 Ad Reuereñ. Epiſcopum Collocenſem. Hungariæ
15 Ad Reuereñ. Epiſ. Quinqʒeccleſienſem Hungariæ.
16 A Reuereñ. Epiſcopum Poſnanienſem Poloniæ.
17 Ad Reuereñ. Epiſcopum Vladiſlauienſem Poloniæ.
18 Ad Ruereñ. Epiſcopum Premiſlienſem. Poloniæ.
19 Ad Reuereñ. Epiſcopum Olomucenſem. Morauiæ.
20 Ad Reuereñ. Fpiſcopum Labacenſem Croaciæ.
21 Ad Reuereñ. Epiſcopum Patauienſem. Bauariæ.
22 Ab Reuereñ. Epiſcopum Remenſem. Bauariæ.

REVERENDISSIMO PATRI ET DOMINO.
D. MATHEO, miſaratiõe diuina, Tit. Sancti Angeli Cardinali Gurcenſi, Sacræ Cæſareæ Maieſtaatis p Italiã locũtenẽti generali. Criſtophorus Chulber Studii Viennenſis Rector, & in eodẽ, ſacrarũ litteraꝝ ꝓfeſſor ordinarius. S.

ORATIONES quibus, gymnaſii noſtri nomine, Secundũ Diuũ MAximilianum Cæs. Aug. Illuſtriſſimi Reges Principes, qui Cæs. huc ſecuti ſunt, excepti fuerũt, per uiros eruditos & eloquẽtes habitas tuæ Reuerẽdiſſimæ paternitatis noĩe, in unũ collectas prodire in lucẽ uolui. Nã & in coꝝ es numero q publici officii noſtri ſedulitate ſuſcepti comẽdatiq; ſunt. Et dignus alioq, cũ propter illuſtres uirtutes tuas, tũ ob ſingularẽ in Gymnaſiũ noſtrũ amorẽ & beneuolentiã, quẽ omnes ſtudioſi uno ore & cõſenſu celebrent & extollãt. Perſuadeo mihi te plæraq; nõ grauate lecturũ, omniũ uero laudes tituloſq; ita acceptuꝝ ut quæ de te ſcripta ſunt, inter poſtrema habeas. Tanta eĩ in te modeſtia, eſt, tãta humanitas, ut in ampliſſimarũ laudum tuarũ frequẽtia, cũ tibi primas dare ſine oſtentatiõe & ſuperbia poſſes, par potius multis eccleſiaſticis principibus uideri uelis, quod ipſum cũ ſummæ animi moderationi tribuendũ ſit. De omnibus ita uelim ſtatuas, totam Gymnaſii noſtri frequentiã cum aliis principibus qui affuerũt, tũ maxiæ tuæ Reuerendiſſimæ paternitati. Præter omnia illa, officii, & reuerẽtiæ, quaſi deguſtamẽta, plurimũ obligatã eſſe. Propterea quod cæteros omnes amore erga nos tuo cum adeſſes longe anteire uidebaris. Vale. Kalendis. Octobris .1515.

REVERENDISSIMO PATRI ET DOMINO D. Georgio, Dei gratia Epiſcopo Viennenſi. Dño colẽdiſſimo. Ioachimus Vadianus Hel. S.

QVAM habiturus erã orationẽ ad magnanimũ Impa/ torẽ Maximilianũ, cũ ipſe, ut noſti, maxis & ampliſſimis negotiis urgẽtibus quo min9 audiret, excribi eã & offerri ſibi Gymnaſii nr̃i præſẽtia deſideraſſet, officio ꝓ uirili fe/ ci ſatis, ea maxĩe ſpe, ut nihil hoꝝ exiturũ in lucẽ cõſiderẽ, q̃ tumultuaria cogitatiõe, ĩ ſubito rei euẽtu cõgeſſerã, nã alioq tẽpus ꝑ me deſtinatũ erat his ſtudiis qbus tãti Prin/ cipis laus, auctior aliq̃to, & ut geſta ſua uirtuſq; mereri ui debant̃, ĩpenſiori opa magis illuſtris, ĩ eruditoꝝ cõſpectũ ꝓdiret. Verũ ut aliter agerẽ caſus fecit, Nã poſtq̃ oratio, ab uiris pleriſq; Cæſareis, eruditionis nõ ꝓtritæ, lecta eſt, ita, neſcio quo mõ, placuit ut editione dignã dicerẽt. Quã ſi nollẽ ego, ſe maturare tñ uelle quocũq; loco dicebat Ia/ cobus Spiegel Iure cõſultus et Cæſare9 a ſecretis, Vir cũ ob ſingularẽ doctrinã, tũ ſũmã huĩtatẽ, mihi ꝯiunctiſſim9 Cuius q̃ſi minis factũ eſt, ut qđ ipſe aĩo diffidẽs, ultro nole bã, coact9 ꝑegeri. Non ob id qdẽ qđ Cæſarẽ laudare, aut nollẽ, aut nõ poſſẽ, ſed ob eã cauſã potius, ꝙ quæ dictur9 fuerã, haud oĩno rei mihi conceptæ reſpõdere uidebant̃. Qđ igit̃ aliorũ iudicio editũ eſt, reuerẽdiſſime præſul tibi nũcupo. Quæris q̃ cauſa? Nulla certe alia, q̃ q/ & tu ſoles meas eſſe aliqd putare nugas. Vt ſi q futuri eſſẽt, q iuſtis fortaſſe cauſis mori, pleraq; ut min9 accedẽtia reprehẽde re uellẽt, mihi ſaltẽ ob hoc parcerent, ꝙ temere ꝓbare & admittere nihil ſoleas, eodem fortaſſe, & in nr̃is iudicio te uſũ exiſtimãtes. Vale Præſul colẽdiſſime, et Vadianũ tibi cõmendatũ eſſe ſinito. Vieñ. Kal. Aug. M.D.XV.

AD INVICTISSIMVM ET MAGNANIMVM Imperatorem Diuum MAXIMILIANVM Cæſ. Auguſtũ. P.P.F.P. oratio nomine Gymnaſii Viennenſis, per Ioachimum Vadianum Heluetiũ. Poetam a Cæs. Laureatũ XI. Kalen̄. Auguſti. Anno. M. D. XV. exhibita.

NISI INDIES magis magiſq; rerum a te geſtarum & ampliſſimarũ uirtutũ tuarũ, gloriam accreſcere tu te ipſe ĩtelligeres, Princeps inuictiſſime & magnanime Imperator MAXIMILIANE, mirari fortaſſe non iniuria poſſes, cur eſſet quod adeo incredibili cõpellandi maieſtatẽ tuam deſiderio, quoties Deorum immortalium conſenſu hãc urbem noſtrã, imo uero tuã ingrederis, Gymnaſii tui uiri antiſtites corriperentur? Preſertim ꝗ a multis annis iudicare nõ difficile fuit, quãta tua in omnis eruditos beneuolentia & munificentia fuerit, ne dum in eos quos publicæ diſciplinæ gratia in hac ampliſſima & magnificẽtiſſima ciuitate tua, ampliſſimis ſtipendiis ornandos ſuſcepiſti, quos eo tibi chariores eſſe conſtare debebat, quo acceptiores fuerunt, et alioqui non obſcurũ erat, nos omnes omni ſtudio opera & diligẽtia in hunc uſq; diem tibi plurimũ uoluiſſe, qui ob ſuſceptorum beneficioꝝ magnitudinem plurimũ debebamus, ut plane opus non fuerit, hac noſtra oratione animũ tuum, tot tantiſq; curarũ moleſtiis occupatum, in hoꝝ quæ utrinq; explorata perſpectaq; erant, cogitationem & memoriã deflectere. VERVM qa iſtuc hodie felicitatis ꝑuentũ eſt, ut fulgentiſſimũ in te ſplẽdoris & celſitudinis faſtigium,

quod nullius ornamenti acceſſu augeri amplius poſſe ui/
debat̃, adeo ſeſe extollit, ut cœlo æquetur et quotidie am
plius æſtimatiuſq; fiat id, cuius antea magnitudinẽ, ſatis
animo concipere nequibamus, obliti profecto & officii &
pietatis iuſte uideri poſſemus, ſi hoc exoptatiſſimo aduẽ/
tu tuo nullũ tibi cõmunis lætitiæ indiciũ præſentia noſtra
faceremus. Patieris igit̃, eo quo ſoles animo Sacer impe/
rator Scholæ tuæ Viennenſis Gymnaſiarchã cũ uiris cla
riſſimis & omnifariã eruditis, cumq; iuuentute bonorum
morũ bonarumq; diſciplinarũ ſtudioſiſſima id agere corã
quod ſumma cũ uoluptate, unanimi omnes deſiderio exo
ptarunt, hoc eſt ſalutare & uereri tuã maieſtatem, oculos
paſcere prope diuino aſpectu tuo, teq; ut mundi dominũ
& Patriæ patrem exultante intra præcordia plauſu exci/
pere. Quandoquidẽ cum in omni hominũ cœtu uirtutis
momenta exoſculanda eſſe uideantur quanto plus in illo
uenerationis obtinebunt? qui, ut conditiõe adminiſtratio/
nis, ita & cõſumatione uitæ nõ aliis præſtat tm̃ ſed & exẽ
plo eſt· Quod excellens & inſigne in te munus, niſi nos pri
mi agnoſceremus, officii certe noſtri ratio intermiſſa, cul/
pam impingeret. Non eñ par eſt ut ab aliquo hominum
ordine iſti in uirtutis cõmendatione & admiratione uincã
tur, qui eius non cultores ſolum uerũ etiam Doctores eſſe
& uideri uolunt, Quorũ in numero nos ſumus, qui die no/
ctuq; id agimus, ut diligentia noſtra eruditiores euadant,
quicunq; ſe litterarũ artiũq; capeſcendarũ gratia huc cõ/
ferũt, Virtuti uidelicet hac in re ſumopẽ conſulẽtes, hæc
enim honeſtarum artiũ præſidio comitata annixum firmi
tatis & certitudinis robur exhibet. Videor iam nunc uide
re te Sacer Imperator, quemadmodũ præter commune

officium quo omnes tibi ſunt obligati nos prope priuata quædā neceſſitas ad hanc ſedulitatē noſtrā impulerit, Vt primi eſſemus, aut ſaltē primi uideri uoluerimus qui uir/tutum tuarū, imperii tui, imo uero totius uitæ tuæ præſtā tiam magnitudinēq; teſtaremur. Quæ quidem ea eſt, ut intelligi atq; animo deprehendi facilius queat quā uerbis explicari. Quis eñ omnia ea, ſi modo ſermonis imenſita te non moleſtus eſſe pergit, decenter exequetur, quæ ſin/gula tanta ſunt, ut ſuū quodq; tempus, ſuumq; laborem deſideret? Etenim cum duo ſint, quibus cœlos appræhen diſſe boni imperatores uidentur, bellorū uidelicet & pacis adminiſtratio, quorū alterū animi magnitudinē, alterum iuſticiā, utrūq; certe ſummā prudentiā ſibi uēdicat. Non facile uideo, ab utro quis in rerū tuarum cōmemoratione cōmodius ordiri queat, Adeo in utroq; ſe generoſiſſimus animus tuus inſignem præſtitit. Verū quia Martia in Im/peratore uirtus faſtigio laudis locari conſueuit, priori lo/co cogitantē, quæ tua bellorū ſucceſſu fortuna fuerit, ad eloquendū prouocat. Nec ea quidē enumerare eſt anim9; quæ per iuuētutis tuæ teneritatē tanta grauitate geſſiſti ut nondum parens ipſe, poſt regiū Diadema unanimi Pro cerū imperii conſenſu, ſiue potius deſiderio, ſumma cū ſo/lennitate acceptū, Paternum animū, illudq; diuæ frontis in Friderico parente tuo decus & ſpecimen exprimere ui/dereris. Durat huius memoria apđ Burgundiones & Bel gas cæteros, durat apud Eburones, Sicābros, Morinoſq; & Batauos qui tuā uirtutē in bello experiri coacti, poſtq̄ cognouerunt, amare & proſequi ſumma ueneratione nec in te, nec liberis nepotibuſq; tuis, in hanc uſq; qua hæc lo/quor horā, unq̄ deſierūt. In his q̄ æquo animo te uictorē

geſſeris, q̃ forti autẽ res aduerſas, quæ in tantis armorum difficultatibus caueri omnino non poterant, ſuſtinueris, teſtes ſũt ipſi tibi aliqñ hoſtes, q per utriuſq; fortunæ periculũ factũ, quĩ tibi animus, quæ uires, quanta cõſtantia eſſet non obſcure animaduertere potuerũt. HAEC autẽ omnia cũ in ſene principe ſint admiratione digna nedũ in iuuene, qua tãdem parte ea locabimus quæ maiori ætate & periculo, & geſſiſti antea, & iam nunc indefeſſus geris. Notum illud quidẽ & puulgare eſt his, qui tuã aĩo fortitudinẽ metiunt̃, q̃ grauiſſimos armorũ impetus, & dubiã Martis aleam tuo ductu, tuiſq; auſpiciis geri nõ ſatis eſſe duxiſti, niſi præſẽtia tua, iã equeſtris, iã uero ut res poſtulabat, pedes, primã hoſtibus faciem tuã exhiberes, hortãdoq; & monendo uictoriã, quæ tuis titulis deberet̃ aſtrueres. Id quod primus Cæſar, qui ſibi Dictaturæ ppetuæ nomẽ adſciuit, ſummo in diſcrimine & ancipiti prœliorũ fortuna, hiſtoriarũ fide egiſſe memoratur. Quid referam tã diutinum tuum cũ Venetis bellum: populo, ſi opes cõſideres, potẽtiſſimo, & per maria illa noſtra ſummo mercis fœnore reptante, cui regna quoq; & Regum gazæ in promptu ſunt. Si locũ quem habitãt: munitiſſimo, & ambientibus omnia Adriæ fluctibus tuto. Si ingenium: callido & ad rerũ euenta mire nerſuto, inq; omnes partes ſagaci, ſiue pacis, ſiue belli ſtatuatur cõditio, quod iã mora, quidẽ ſua Græcorũ ad Ilium obſidioni accedit, in decimũ uidelicet annũ propagatũ. Nõ tua quidẽ Cæſar aut eorũ qui tuis iuſſis ſunt ad manũ, negligentia, qđ tibi ne ab hoſtibus quidẽ obiicitur, ſed illorũ potius cunctatione uerſipelli, & formidine non ſane uirili, nec æquis fortaſſe belli legibus. Initio nanq; ut illa gens aſſueuit, alacres admodũ

et quaſi petulci, nunq̃ deinde uires ſuas uno in congreſſu
tuis armis exponere auſi, fugaciũ Parthoꝝ more iã hac iã
illac erumpentes, omnia feſtinantiſſimo & paratiſſimo in
fugam impetu peregere ob eam rẽ nulla hactenus uicto/
ria, quã conſtãs ipſis & ĩtrepida manus pepererit, memo
rabiles extiterũt, fuſi ſemper & fugati, nec ulla ex re plus
laudis nacti q̃ ꝙ hactenus tanto bello ſupereſſe ſaltẽ po/
tuere. Niſi quis & illã eis gloriã tribuere uellet, quod op/
pida cœperint non nulla, hoc ipſum, ſi quæ ceperant ſer/
uaſſent aut quouis modo tutari potuiſſent nõ paruũ coꝝ
fortitudinis indiciũ præbuiſſet, Iam uero cũ clandeſtinis
incurſibus capta, eueſtigio amiſerint, quid aliud cõſecuti
ſunt, præter ſui ipſius imbecillitatis teſtẽ indicemq; eſſe?
ꝙ hoſtilem terram nec tutari captã, nec tenere occupatã
queant, id quod a tuæ gloriæ titulis longe abeſt, tu nanq;
urbes ampliſſimas iure tibi uetuſtiſsimo debitas & ab il/
lis ſumma iniuria retentas, cœpiſti, tu ingentes ad belli ini
tia cũ congredi uellent, exercitus fudiſti, tu potẽtiſſimoꝝ
Regum in eos odiũ concitaſti. Tu partim uiribus, partim
ſingulari prudentia tua ſuperioribus annis bonam Italiæ
partem concuſſiſti, nimiꝝ indicans, quid & quantũ in arbi
trio tuo poſitũ eſſet. Qua in re illud nobis ſimul & iocun/
dũ & admirabile fuit, ꝙ tam magnatũ rerum fere tota ſe
ries abſente te præter ſolitũ traducta fuit. Poſtq̃ eñ illa
loca prout ſolliciti ducis ſtrenuiq; imperatoris partes po
ſtulabant, conſpicatus eras, cũ intra mœnia intraq; palu
des deliteſcẽtes nullam tibi aut pugnæ, aut trophæi occa
ſionem facerent, capto quod omniũ optimũ erat cõſilio,
retrocedere maluiſti, q̃ in ſole et harena gratiſſimas tibi tu
oꝝ uires deſtituere, Reliquiſti tñ Imperator, q ad cõfinia

paſſim excubarent,& doloſi hoſtis uerſutias,nō tam exci perent q̄ terrerent. Porro ampliſſima & ditiſſima Veneti arū ſoboles,quid adeo iuuit in hoſtis ueſtri declamatiſſimo aduentu,muros lacuſq; pro manibus procꝫ armis eligere? Cur bello morā facere q̄ armorū facto periculo ad uictoriā tendere maluiſtis? tū enim uirtuti ueſtræ, ſi quæ fuiſſet,locus erat cū promptus ad arma miles, oſcitabundus & palans ad littora ueſtra & canales oberrabat, auide proſpiciens ſi quo loco armatos manipulos aut contubernia paulo animoſiora deprehendere aut ſaltē contueri poſſet,ſed deliteſcere, q̄ apparere maluiſtis,fortaſſe cauſa ꝗ conſtabat, nullā tuto cū Germano Imperatore manū,de uictoria arma conſerere. Maiores aūt noſtri & quicunq; famā armis quæſiuere,uerā iſtā in re militari gloriā eſſe putarunt. quæ pugnādo & urgendo non cedendo & ſubterfugiendo pararetur. Cum imperiū tam fauſtū,Cæſar, tāq; longa ſæculoꝝ monimēta ſortiturum Romulus Rex difficillima bellorū cura tendere & amplificare incepit,exiguo indubie mœniū ambitu, ſuas cohortes ab hoſtiū legionibus coercuit. Is.n.ſibi cū aduerſariis mos erat, hæc cōſuetudo, Vt multo magis finitimi uim Romuli & impetum formidare didicerint, q̄ Romulus finitimoꝝ potētiam, id quod latinarū hiſtoriarū autoritas indicat. Lacedemonii Spartano quodā id præclare atteſtante,mulierū curā potius q̄ uirorū muros eſſe exiſtimarunt, Ille eñ cū hoſpes quidā patriæ ſuæ muros latos excelſoſq; dixiſſet,ſi mulieribus, inquit, iſtos comparaſtis recte quidē, ſi, uiris, turpiter, perbelle indicans uiro forti ſuā fortitudinē pro muro eſſe debere. Cæterū ut ad te reuertar Inuictiſſime imperator MAXIMILIANE, animaduerto eo pœ

nitentiæ & tedii a partibus peruentũ eſſe, ut fœdus poſce re, pacem deſiderare. tuáq; indignationẽ demulcere non deſiſtant, ficto ne hoc, an ſincero aĩo faciant, dubiũ, ipſi certe qua pœnitentia ducantur, coram tua maieſtate con feſſi ſunt, & fortaſſe mallent tuã ſibi magnanimitatẽ, alia quadam q̃ armorum ratione innotuiſſe, quanq̃ id ad tuæ laudis amplitudinẽ plus pertineat, q cõtemptarum uiriũ fidutia, quid poſſes, aut quantus eſſes his oſtendiſti, quorũ animis adeo uictoriarũ ſpes inſedit, ut ne tentari quidem ſe a quopiam poſſe ſibi perſuaſerint, ne dum uinci. Sciẽt illi deinceps q̃ grauiter & q̃ iuſte neglecta potentia ſæui at & exemplo erunt aliis ne in Germanũ imperatorẽ quic q̃ liberius q̃ deceat audeant, Germanũ autem dico te Ma gnanime Imperator q ad Germanos iã pridem tranſlato imperio tanto omniũ uirtutũ adminiculo firmatus præes ut dubitari non debeat, plus ornamẽti imperio tua digni tate allatũ eſſe q̃ tibi imperii maieſtate. Tametſi in hoc ſu premo omnis terrenæ dignitatis gradu, plurimũ ſplendo ris & dignitatis eſſe ſolet, quod ei partim poteſtate, par tim loco paritur. Quandoquidẽ cum ingens ſit atq; immẽ ſæ eſtimationis apex imperatorius quocunq; tandẽ loco ſtatuatur, & cũ uetuſtate & Sanctitate nominis, tum rei, cui ſemp ſũma ueneratio habita eſt, excellentia pene ado randus, multũ referre mihi uidetur quæ gentes eundẽ aut quis locus excipiat. Non eñ eſt omniũ ad uictoriã æquæ fortunæ acceſſus, nec pares ad gloriam uires. Xerſis di gnitatem totoq; oriente proclamatam potentiam ſi Lace dæmonii aut Athenienſes tenuiſſent eo tempore, quo ip ſis indefeſſum armorũ ſtudium memorabiles paſſim ui ctorias pariebat, longe hercle maior uiſa fuiſſet in horũ

exigua manu, q̃ illius maria et terras obumbrante multi/
tudine. Adeo diſſimile eſt, a luxu ne & effluente copia, an
potius a uirtute haud quaq̃ oſtẽtoſa, famæ & honoris no
mina proficiſcant᷑. ROMANVM Imperiũ, quũ Aqui/
lis emicuit in Latio, potentiſſimum fuiſſe utriuſq; linguæ
monimẽta indicant. Idem adeo inibi defeciſſe ſcimus, ut;
niſi Diis ita procurãtibus & ipſa etiã Roma per ſuos pon
tifices enixe conãte, in Germanorum inuictam Regionem
tralatũ fuiſſet, ad nihilum fortaſſe redactũ hodie ſummo
cum animi mœrore cerneremus. Quod ne manes quidem
inclytiſſimoꝝ Romulidarum, quoꝝ fide priſca militiæ fe
licitas conſtitit, ſine dolore quocunq; loco degant accipe/
re potuiſſent. Ita tellus illa neſcio quo luxu, quaue deſidia
adeo ſui facta erat ĩpos, ut nõ Barbaros tantũ, Gotthos,
Vandalos, & Hunnos dico, nil repugnando admiſerit; ſed
Reges etiã quoſcunq; ſuſtinuerit. Primũ igit᷑ uobis uictri
ces Aquilæ, ex eo tẽpore conſultum fuit, quo per niuearũ
Alpiũ iuga trãſuolantes coꝝ in principũ tutelam ueniſtis
qui ab externarum gentiũ incurſibus tuti uerarũ uictoria
rũ autores eſſe poſſent. Quis eñ armoꝝ fœlicitate, forti/
umq; uiroꝝ fœcũditate Germaniæ hodie primas nõ tri/
buat? Quis fortiſſimas & bellicoſiſſimas natiões eius ne/
ſciat? Cuius Germaniæ? Nẽpe eius quæ linguæ cõmunio
ne aut intra uetuſtos limites, aut certe prope, illuſtris eſt.
Equidem cũ Pannonas, Noricos, Vindelicos, Rhetos, tũ
maxime Heluetios ĩter Germanos numero, minus terræ
fortaſſe natura, at animorũ fide, cõſtãtia, & fortitudine
magis. Nihil eñ illis in eo uirtutis genere quod uirorũ ſit
deeſſe uidetur. Hi uero præter hoc, ꝙ a Germanis ortum
indubium trahunt, rerũ ad bella pacemq; pertinentium,

peritiſſimi et eximiæ cuiuſdã libertatis aſſertores,tuæ ma
ieſtatis integritatẽ, tanti faciunt, ut in te uno ueneremur,
quod ſoli tibi datũ conceſſumq; eſſe aĩaduertũt, in nullo/
rũ alioq quotquot ſũt aut Regũ aut principũ decreta iu/
rati,ſtrenui ſemper rerũ imperialium propugnatores. Si
ſunt qui aliter ſentiunt malunt illi quidẽ per inuidiã diſſen
tire q̃ probare ueꝝ. Ilud auſim dicere uideri mihi nunq̃ fir
mius,nunq̃ illuſtrius imperii Romani, res ſtetiſſe,q̃ ex eo
tẽpore quo ipſũ dei optimi max. nutu & eccleſiæ Roma
næ ſacro ſanctæ conſenſu, in has terras tuas.i.in hanc no/
ſtrã Germaniã tranſlatũ fuit, quæ quidẽ a ſæculorũ me
moria nullũ unq̃ tam graue iugũ paſſa eſt, quin eueſtigio
aſſeruerit ſe et ſubduxerit, Quæ prĩcipes ſuos imperii ma
gnitudine,nõ genealogiæ cuiuſpiã ſucceſſione, ſed uirtute
& potẽtia idoneos,dignata eſt, Qua a Romanis neglecta
cum ſanguinis propagationẽ uirtuti præpoſuiſſent,factũ
eſt ut improbos perſæpe & ineptos imperatores quorum
ſtulta inſolentia imperii ratio incolumis ſtare uequibat,ſu
ſtinere coacti ſunt, inq; his grauiſſimã experiri Tyranni/
dem,quorũ communiũ parentũ nomine dignabantur. Et
alioqui multũ intereſt, impariſq; & honoris & meriti,eli/
gar ne in præcellentem imperii apicem,an ex puncto pri/
ori ſuccedam? In illo enim iudicii & cõſenſus bonitas locũ
habet,ut etiam de ſe confidere poſſit, qui tantarũ rerum
habenis præponitur,In illo aũt cum ſors & fortuna electi
onẽ faciant,non tã bonis & idoneis q̃ improbis & ignauis
locus eſſe poteſt. Tu quidẽ Cæſar Auguſte primo Rex,
mox Cæſar electus,magnanimitate & prudentia tua con
ſecutus es,ut te bella mouentem Germana pubes libens
in quemcunq; hoſtẽ ſequatur, pacem uero adminiſtrantẽ

ſupplice pietatis & amoris officio ueneretur, ornet, am/
plificet, deniq; nullũ officioꝝ genus quod candidũ et ſince
rum in Principem animũ deceat, intermittat. Et hoc qui/
dẽ eo loco, quo multis ſæculis maieſtatis imperatoriæ ra/
tio aut ignota, aut non admiſſa fuit, apertiſſimo inditio,
non ꝓpterea immanes Germanos uideri debere, ꝙ maxi
mis conantiũ Cæſarum cladibus imperii condicionẽ reie/
cerint, ſed prudentes potius, ꝙ agnouiſſe uideantur, nulla
tyrannidis moleſtia liberũ natura genus humanũ premi
& uexari opus eſſe. Cum iã nũc ſuæ gẽtis Cæſares, quorũ
tu multo maximus es, ita ament ut Patrẽ eſſe p̃riæ dicãt,
ita proſequant̃ ut nil ratũ aut bonis auſpiciis factũ exiſti/
ment, cui Cæſareus conſenſus non accedit. Hæc Germa/
nis pietas eſt in uirtutẽ, hæc in æquũ & iuſtum religio, &
ut in ſumma cõplectar hæc cõſtantia & ſeueritas ut in le/
ctoꝝ Principũ abſentia, ſuam libertatẽ tueri maluerint q̃
genti uiribus impari, unde unde illa eſſet, manus in ſeruitu
tẽ promptas porrigere. Quamobrẽ multũ ipſis eſtima/
tionis apud exteros acceſſit, in magnarũ eñ rerũ memo/
ria ubi inclita belloꝝ facinora recenſeri ſolẽt, nullis maior
belli gloria accedit, his, q nulla ſubita formidine perculſi,
ad uictoriã armis cõtendere, & in medio periculoꝝ impe/
tu, fortitudinis exhibere de ſe indicia auſi fuerunt, Sic Ro
mana hiſtoria Samnites, Veientes, Tarentini & Carthagi
nenſes illuſtrati, ex eo maiorem aliis laudem cõſequũtur,
ꝙ ſua fortitudine factũ eſt ut ſimul uictoris gloriam uirili
ter contẽdendo auxerint, ſuãq; in eo ꝙ uicti ſunt non pror
ſus interire paſſi fuerint. Germania nr̃a pugnax & Mar/
tia, ſolaq; quæ libertatis ſolidæ nutrix eſſe uidetur, gloriã
clargita eſt, ſeſe, non uincere dico, ſed petere atq; intrare

audentibus, iſtud eñ ſingularis fortitudinis inditium pre-buiſſe uiſum eſt. Hinc Cæſari dictatori poſteritatis memoria partus honos, ꝙ ponte extructo in Germanorũ ripam arma traiecerit, nõ multis diebus aut ſane ut loquar uerius non horis multis illic uictricia, nõ enim ſolis paludibus impeditũ crediderim eum qui ne ab Oceano quidem abhorruit, quo minus in Britannos irrueret, ſed & armorum impetu cohibitũ, illa argumento eſſe poſſunt, ꝙ qui poſt eũ Cæſares, eandem, arridente uictoriaꝝ ſpe ſunt ingreſſi audaciũ conſiliorum temeritatẽ ſemp grauiſſimis cladibus luerunt, Traianum Imp. Cecilius magna laude extollit, ꝙ Germanorũ excurſus per obductũ glacie Danubium, armorũ ſuorum fœlicitate retuderit, adeo magnũ & memorabile aliquando fuit, noſtræ originis gentẽ non uincere quidem, ſed ne uincerent, cohibere, Quin & falſos ſimulare triumphos & pro captiuis Germanis eos duci qui Germani non eſſent C. Caligula deſes & portentoſi ingenii Princeps, in iuſtæ gloriæ partẽ collocauit Præterea menſis nomen mutare & Germanicũ dicere qui ante ſeptẽber uocatus eſſet, in eum finem Domitianũ uoluiſſe multiplex coniectura eſt, ut talis ſolertiæ occaſione ſẽpiternũ ſibi apud poſteros, quaſi ſuperatæ Germaniæ monimentum relinqueret. Noſti magnanime Imperator, q̃ inauſpicatum Auguſti de Germanis imperio adiiciendis conſilium fuerit. Variana iſtud clades edocet, quã ne ipſe quidẽ adeo fortunatus alioqui princeps, tã modeſte ferre potuit, ut minus iterim capillo & barba ſummiſſis, caput foribus non illiderit, in hanc uocem frequẽter correptus. Quintili Vare legiones redde. Quo tempore adeo cõſternatũ animo fuiſſe conſtat, ut excubias per urbẽ indixerit

ne quis tumultus exiſteret, præſidibus prouinciarum im/
periũ prorogarit, Deniq; quotannis diem cladis mœſtũ
habuerit. Quid plura? Roma illa, illa inquã Roma, quæ
bellorum ſucceſſu, & triumphorum magnitudine, caput
orbi ſe ſtatuere fuit auſa, nulla orbis parte, toties eluſa &
fruſtrata ſpe fuit, Germanis ſemper qui uincerent reper/
tis, quod hoc in loco, niſi me alia premerent, longa hiſtori
arum ſerie explicare poteram. Illud non præteream, om/
nes fere habitatæ terræ tractus, occaſionem materiemq;
glorioſiſſimis uictoriis tribuiſſe. Nam Indiam ante Ale/
xandrum uictor Bacchus ingreſſus eſt. Scythiã Alexan/
der cõcuſſit, In hanc Aſiamq;, Syriam, Arabiam, bonam
Libyæ partem, Daciam item Thraciamq;, tum in Panno
nias, Macedoniam, Græciam omnem, Gallias & Hiſpa/
nias, Romanorum arma penetrarunt, ita uincentia, ut tri
buta cenſuſq; in ærariũ referendi ſtatuerunt, ut nouo ma/
giſtratuũ uſu, Procõſules, Legati, Prætores, Queſtoreſq;
ditioni præeſſent, mitterentur. Sola Germania quã nulla
unquã peregrinæ potentiæ fama terruit, indigeno Marte
felix, omnis uitæ & fortunæ pericula Tyrãnidi prætulit,
hoſtem conſtanter amouit, quem ſi aliquando (ut nuſquã
integra eſt fortuna) repente irruentem admittere coacta
eſt, libertatis non oblita, quocunq; diſcrimine oppreſſit.
Qua in re ſcriptorum Latii leuitatem, mirari plæriq; non
iniuria ſolent, ꝙ illi & hiſtoriæ (ut uidetur) fide & officii
ſui ſinceritate neglecta Romanos terraꝝ potitos aſſerere
falſo maluerint q̃ ueritatis amore (quod hiſtoria cũ pri/
mis deſiderat) id quod res habebat fideliter explicare, Et
enim nec Scythia, nec India Romanorum unquã fuit, ut
maiorẽ Aphricæ partẽ prætereã, tum inter propiora nec

Parthorũ quidẽ aũt Germanoꝝ ager. Quis ignorat plus ſemp fœdera cũ Parthis feciſſe pacis q̃ arma? quod ipſũ ſi Craſſus ſecutus fuiſſet, multo ampliorẽ, ut puto, gloriã & ſibi & filio abſtinendo q̃ in ſequẽdo peperiſſet, id quod ĩ Germania quoq; petita perq̃ commodũ Lollio & Varo & ante hunc Druſo moriẽti fuiſſet. Cæteꝝ ut laus noſtra maior fieret, mori intra Germaniæ limites maluerũt, q̃ ut in ſuis ſedibus perirent opperiri. Quod his euenit, qui ab Gothis & Vandalis in media urbe trucidati ſunt. Itaq; ut Romanus quoq; ſcriptor teſtatus eſt multo magis turpiter Germania amiſſa eſt q̃ glorioſe quæſita. Tu uero magnanime Imperator huiſmodi uerborũ tectoria rerũq; friuola commẽta, e nullo tuarũ laudum præcone deſideras. Nemo ſe tuæ maieſtati per hoc placitum iri exiſtimet, q te aut dñm Deum, ut ſe nominari Domitianus uoluit, aut toto terrarũ orbe potitũ, quod ne Alexandro quidem cõtigit effutiat, Per hoc eñ tibi tuiſq; maioribus, Cæſaribus Germanis, ſũma laus et ſummus honos acceſiſſe uidet̃, ꝙ ea regio, ueſtras Aquilas, obuiis manibus et excepit ſẽper & hodie excipit, quã ſumma contentione, dũ in Latio eſſet, imperiũ obtinere nequiuit. Quia ſi nulla exterarum terrarũ te principem & iure mundi dñm agnoſcere uellet, eſſeſq; his tantũ Cæſar qui ſunt & nominant̃ Germani, nihilominus tamẽ, tuæ maieſtati par cum omni uetuſtate laus, parq; eſtimatio accedere. Nunc uero quoniã non a Chriſtianis ſolum omnibus qui te iure ut orbis principem agnoſcunt, ſed & ab his quibus noſtra eſt ignota religio, coleris & ueneraris, eo tuæ maieſtati plus cæteris laudis acceſſiſſe putandũ eſt, quo ſe amplius ultra cõſuetos Imperatoꝝ titulos, autoritatis dignitatiſq; tuæ ratio extẽdit

Quod ad eccleſiæ noſtræ Principes attinet, ſatis nobis te/ ſtimonii attulerũt Vladiſlaus Hungariæ, & Sigiſmundus Sarmatiæ, Potẽtiſſimi & Chriſtianiſſimi Reges, qui cum ad eos tuarũ uirtutũ fama pertigiſſet, adeo cõmoti ſunt, ut niſi mutuæ præſentiæ tecũ oblectatiõe aliquãdo frue/ rent͂, ſatis factũ amori in te ſuo minime putarint. Eam ob rem, cũ nuper haud lõge abeſſe te intellexiſſent, Ille ex re gni ſui uicinis, hic ab extremis Scythiæ paludibus, Moſ/ chorꝫ acie deuicta propius aduentarũt, quodqꝫ mihi ſũmi amoris & obſeruantiæ indiciũ uidebat͂, Ludouico corona to rege, & Anna regina dulciſſimis Vladiſlai liberis in la/ tus aſſumptis, quaſi id ex tua poſcituri maieſtate, ut cum de nobiliſſima domo ſua, tũ maxime de ſumma ipſorũ in te obſeruantia iudiciũ arbitriũqꝫ ſtatueres, qua q̃dem re, quod amplius diuinæ dignitatis tuæ teſtimoniũ accedere poſſit non uideo, præter enim omniũ rerũ, quæ in hoc ue/ ſtro cõuentu ſe offerunt, magnitudinẽ, illud omniũ aĩmos non potuit non mouere, q̃ hi Reges quoqꝫ prouidẽtia per tuæ maieſtatis conſenſum totũ orientalis Chriſtianitatis latus gubernatur, quiqꝫ crebros triũphos non Chriſtiani ſanguinis iactura, ſed ethnicæ perfidiæ cõtinuis cladibus, ſibi quos agant comparãt, adeo officioſe te & humaniter cõuenerint, Tam etſi em̃ te digniſſimũ omnibus uiſum eſt q̃cquid per illos tibi ſplendoris adfuit. Raritas tamẽ ſuſ/ pendit aĩmos, & iã nunc euenire mirata eſt multitudo q̃d ante nullis ſæculis cõtigiſſet. Et enim nec hiſtoriæ nec An nales, neqꝫ ulla prorſus rerum geſtarũ monimẽta id nobis indicãt, ut aſſerere poſſemus tres illuſtriũ regnorum Prin cipes, coronatos Reges, ualidiſſima rei Chriſtianæ pro/ pugnacula, in ullius Imperatoris conſpectum tanta fide,

munificentia,& humanitate ueniſſe. Et tamē uetuſtiores
illi cū ſe orbis principes iactaſſent Reges ſuos etiam ſin/
gulos rariſſime Romæ,niſi aut pulſos a ſuis,aut captiuos
conſpexerunt. Tantū abfuit,ut uirtute & clæmētia poti/
us q̄ ui & impetu exterarū ſibi gentium animos deuincire
poſſe uiderent. Id quod tu mira quadā & incredibili pru/
dentia,tū & clæmentia ſingulari aſſoles, Qui, poſtq̄ pri/
die patētiſſimo in campo,in numera nobilitate præſente,
ipſi te prius Reges ſalutaſſent,poſt expletos micātiſſima
facie tua,oculos ſuos, cū eos animi gratia in amœniſſimā
uenationē duxiſſes. Poſtero die quādo una hanc ampliſſi
mā urbem tuā ingreſſus es, tantā omniū oculis admirati/
onē inieciſti, ut nullam olim triumphorū utcunq; uenuſtā
& magnificam ſpeciē ſimilē quiritibus peperiſſe exiſtimē
Primū ille nobis tuorū principū equitatus miraculo fuit
qui præter ſolitū agilis elegansq; & ad omnē euentū mi/
re paratus & ſuccinctus erat,in quo,cū cataphracti & le/
uis armaturæ circū equites,correptis ad calcaria caballis
priores ingrederentur, uiſi mihi ſunt equi ipſi ſpacioſo &
ſupbo inceſſu ſuo geſtientes indicare q̄ eſſent & quāti qui
mox ſequerent. Quid Ephippia hoc in loco recenſeam?
Quid torques,armillas,bullas,ēſes,macheras, acynaces
Velitares haſtas, deſultorios equos, equos gradarios?
Quid ſcuta,quid frameas et miſſilia? totq; agilimos ut ſic
dicam oplomachos? Quis illum digne referat,elegantiſ/
ſimū & maximis opibus reſplendentē trium Regum co/
mitatū, in cuius medio duobus præcūtibus, ut te Augu/
ſtiſſimo habitu, ſeniori Hungariæ regi cōiungere digna/
baris? Oblectauit ſe mirū immodū, ex itinere,e feneſtris
ſummiſq; tectorū faſtigiis proſpiciens multitudo,omnia

iubilo, omnia plauſu coferta erant, placebant trabeæ, cla uiq; & in nullo non inſignis purpura, tũ & equi Argolici & Turcici, quibus auro argentoq; fuſis undiq; crepitanti bus tintinnabulis, ſuperba in inceſſu ſollicitudo, feſtina in curſu uelocitas, ſumma in colore habituq; gratia inerat. Quid inſuetis oculis arcus Scythici, q̃ admirabiles fuere? Nemo non attentiſſime captiua illa Thurcarum agmina, quibus tot ſagittæ tot pharetræ ex humeris pendebant intuitus eſt, oblectauit habitus, terruit uultus, commouit odium, nec ulla in parte maius uulgo deſiderium, ꝙ Tur/cas uidiſſe q̃ ſpectaſſe Tartaros tantũ horum immanitas omniũ animis iamdudũ admirationis iniecerat. Quid de Moſchis, quẽ non pculit inauditus lituoꝝ in ſonando claſ ſico ſtrepitus? q tamen, ut diſſonãtia odiũ, ita gratiã rari tate obtinuit. Quã tibi, q̃ Pricipi Polono plebs gratulata eſt, quando coram cernere eos potuit quorũ ſumma cum gloria uictores eſſetis? Verũ in illo quidẽ quod oẽs ſuſpi. cerent extitit. Maiora penitioraq; quæ prudencioribus ſo lum obuia, uerũ & ſolidũ exoptatiſſimi conuentus ueſtri gaudiũ abſoluerunt, in eo uerſabant, ꝙ quãta tuæ maie/ ſtatis autoritas dignitaſq; foret cũ tui gr̃a iſta oĩa fieri ui/ derent, intelligebant, ꝙ Pannoniã illam ſuã, quã Auſtriã dicimus, glorioſiſſimi ſanguinis & illuſtriũ Principũ alum nã, eo beatiorẽ futurã iudicabant, ꝙ quaſi in ſinu tot præ clara regnorũ ornamenta, tã pellucidum Chriſtiani orbis caput omniũ Principum bonorũq; concurſu fouerit, qđ pacem & concordiã diuinis conſiliis initã in eo potiſſimũ loco ſtatuere uidebamini, quo cum primis poſtulabat ne/ ceſſitas. Nam per Illyriã tuam & Croaciam a meridie, per Pannoniã & Myſiã ab ortu, ferox thurcarum rabies

graſſari non deſinit, urget uero Sarmatiam Moſcus im-
pius, & immanes Tartari uires addunt, qui cum conſilio,
monitionibus aut fœdere cohiberi non poſſint, ut armis re
primantur opus eſt, quæ tum maxime uictricia futura e-
rant cum ueſtræ ea concordiæ uires confirmaſſent. Alia
ceptorum in Chriſtianum bellorum ratio uobis uiſa eſt, il
lic enim præ furore, præ ferocia, quod ius faſq; deſiderāt,
locus eſſe nequit. Hic ſi non humanitas, non amor æqui,
quem nobis tamen natura præſcripſit, Chriſtiani ſaltem
nominis pietas, quo minus in mutuū ſanguinem haurien-
dum proni ſint qui bene agere ultro nolunt, auertere po-
teſt. Vidimus ipſi ſacer Imperator non parum multos qui
in hoc ſplendidiſſimo aduentu ueſtro quid adeſſet, oculis
remiſſius intuentes, quid uero futurum foret animo inten
tius contemplantes, mente conceptam læticiam adeo mo
derari non potuerunt, quin lachrymis per genas defluen-
tibus aſpergerentur, in tantum mortalium animos pacis
cōmoda prouocant, demulcet cōcordia, deniq; ſpes quæ-
dam ad quam Genius nobis inditus eſt, amplitudinis, gra
tiæ, decoris & autoritatis allicit. Præter illa igit͛ inuictiſ-
ſime & orbis habenis nate MAXIMILIANE Aug. ꝙ
Sarmatiæ Pannoniæq; ob tam felicem aduentum cōgra-
tulandum exiſtimamus. Quod regnis terriſq; tuis, non tā
diuina maieſtas tua ſit auctior q̃ pax firmius reſidet. Qđ
orbi Chriſtiano multum imperio tuo, libertatis, ſplendo-
ris, & quietis acceſſit, Hoc nos, qui tui ſumus, tū demum
maxime omniū afficit, quod illis in terris agimus quibus
te & uti & frui poſſimus, etenim cum orbi contigeris, no-
bis eo cōtigiſſe amplius fato uideris, ꝙ aut nobiſcum aut
circum nos agis, per quod preſentia tua, feſtos quaſi ani-

mos noſtros efficias, gratia uero, iuues, adornes uincas. Hęſit quondam etiam in maiorum Principum animis ſollicita de ſe mortalitas, quis in eo non hæreat de quo ſperari poſſit nihil eſſe boni quod bonis optumus ipſe, non faciat commune? Nam ultra hæc quæ pace & bello inſignis Parens tuus Fridericus Imp. Auguſtus cui iamdudum inter numina caput, & medio ſedes ſtatuta cœlo eſt, dum in humanis fuit, ſplendidiſſime & magnificentiſſime exhibuit, oĩa tu ita in te tranſlata ſuſcepiſti, ut maiora feceris, maioraq; relicturus eſſe uidearis q̃ ut uel Nepotes uel neptes ſufferre queant. Tametſi iam nũc per generoſiſſimã & plenam indolis genelogiam Auſtriæ ducũ hoc trãſlaticiũ eſſe incipit, ut certis argumentis confirmati perſuaſũ habeamus nihil maiores relicturos quod minorum induſtria & ſtrenuitate non ſit aut par futurum aut maius, Vt enim tua patrem, ita te Philippi filii geſta referunt, atq; utinã ſibi per fatorũ clementiam ad eam ætatem peruenire licuiſſet, quæ maior illuſtriorq; ſua ui, maximum illũ ſuum & illuſtriſſimũ animum euidentius mortalibus oſtẽdiſſet quanq̃ hoc ipſum in ætate etiam tenera, prudentiũ teſtimonio conſecutus eſt, ut ſecundum te, hunc unũ fortuna Principum omniũ quos unq̃ ſol uidit, optimũ, maximum, ornatiſſimũ terris oſtendiſſe uideatur, Huius ſoboles tam incolumis tam ſancta & ingenua quid non præ ſe fert? quam ſpem non meretur? Hiſpaniis Ferdinandus adoleſcit, Belgicæ Carolus numen aſtruit, quorũ uterq; paternum animũ ita repreſentat, ut quantum ſibi decoris allaturi ſint etiamnũ indicẽt, Fœminea progenies, Reges tam genere q̃ indole meretur. Adſciſcit Annam nũc Pannonia. & Reginæ Caſtiliæ ſpecioſiſſimæ, ſpecioſiſſimus

Hungariæ & Bohemiæ princeps Ludouicus ſponſus eſt. His aliiſq; maximis rebus quæ mirari paulo amœnius eſt q̃ ſermone proſequi quietem gratiamq; his maxime qui agnoſcunt et tuis uigent auſpiciis polliceris, Horum enim quæ tua ſunt hæc magnitudo eſt, illa gloria, tam ingẽs ad æternitatem retinendam uis & efficacia ut ea ipſa memoria proſequentis animi aciem obtundant. Nos finem dicendi facimus, etiam non conſecuti quod optabamus conentur alii & enitantur, ut qui ſis relinquant poſteris. Ego certe me immenſitate premi ſatis ſuperq; ſentio, cui nondum iuſto quæſito principio per labantis animi tenuitatẽ uel inuito deſinendum ſit. Hæc nos poſtremo fiducia ſolatur, hæc ſpes confirmat, q̃ perſuaſum habemus neminem ordinis noſtri qui illuſtriũ doctrinarum ſtudioſus ſit, ita de te ſentire ingenue poſſe, quin de litteris & litteratis omniumq; honeſtarũ artium amatoribus ita ſemper ſentias ut omnium de te opinionem, præuenire credaris.

DIXI.

ORATIO CONGRATVLATORIA VIEN/
nenſis Achademiæ habita per Andream Miſbe/
gium Francum orientalem Viennæ corā Sa
cratiſſimo rege Vngariæ Boemiæ &c.
LADISLao & ſuis liberis. Anno
M.D. XV. VIII. Kal. Aug.

SI quis locus, aut quod tempus unq̄ fuit, quo mi
hi uel exquiſitiſſimam oris facundiam largiſſi/
māq; orationis copiam, a rerum omniū opifice
Deo Opt. max. exoptauerim. Idipſū hoc Auguſtiſſimo
loco atq; hac publica gratulatione expectatiſſimi aduen/
tus ueſtri obuenturum indubitato uidetur. Præſertim ubi
tot ſublimiū diadematū illuſtrium, imaginnm omniū do/
ctrinarum inſigniſſimi uiri tanto ſtudio tā feſtiuo atq; etiā
inuſitata frequentia concurrere. Eorumq; ipſorū munus
cauſaq; dicendo agit' qui ſimulacris numinum quā mor/
talium propiores habeant'. Atq; mihi iccirco cui neq; ex
ingenio neq; ex dignitate orandi prouintia debet', Veren/
dum eſt impendio, ne aut me minerua in excogitando, uel
actio in dicēdo deſtituat, aut cū multa me dixiſſe rear Cy/
pariſſi ut aiunt pictura maxima dictuq; magis idonea in/
cautus rerum imperitus omittā. Eoq; pacto uos optatiſſi
mi hoſpites iuſta & regali gratulatione me dicente iniuſte
fruſtremini. NAM ſi ut inde ſubordiar priſco gentiū ri/
tu, principem ob natū filium liberaliſſimis gratulatū mu
neribus ineffabili gaudio certatim adire conſueuerunt. Si
unico nato filio ægyptiorum regibus Platonis teſtimonio
plus tributi acceſſit, q̄ cum alioqui totius anni uectigal pē
debatur. Quis tibi VLADISLAE Regum inuictiſſime

non ſumma cum ueneratione uel gaza Midæ gratuletur. Quis te nõ centuplo accumulet reddit. A quo Scitulos admodũ illuſtres & tã miræ pulchritudinis liberos naſci auſpicato contigit, in quos Græci dicunt

omnium bonorũ mare, omniũ bonorum cumulus mirifico quodã diuinæ prouidentiæ dono tranſfuſus credatur. Nam ſi a ſuperbiſſimi generis ſtẽmate uerã quis laudem aſſequit᷑. Paternum uobis eſt, maternum, atq; auitum regiis imaginibus choruſcantiſſimũ genus, progenitor ueſter, Rex Ladiſla9 quem coram alloquor regum omniũ ſæculo noſtro nobiliſſimus, de regia eaq; teſtatiſſima Caſimiri familia ortus, qua nulla unq̃ uel Regum uel principum aut illuſtrior aut fœcundior fuiſſe perhibet᷑. Caſimirus inq̃ auus ueſter Poloniæ quondã Rex omniũ glorioſiſſimus quatuor Regum & Cardinea dignitate fulgentis feliciſſimus parens, tanta uirtute ut eſt hiſtoriis proditũ, tanta factorũ atq; animi magnitudine claruit. ut quẽadmodum uiuens admirationi fuit omnibus, ita defunctus modo ſimulacri inſtar numinis ueneratur, colit᷑, obſeruatur. Taceo uolẽs Albertum, Alexandꝝ, propriis maximarũ a ſe rerũ geſtarũ cathalogis indigentes inclitiſſimos, Reges arctiſſimo cõſanguinitatis uobis gradu nexos. Quibus fato concedemus, (Nam capita dumtaxat rerũ attingam) Magnanimus ille Rex Sigiſmundus, triũphator ac uictor bellorũ nunq̃ uictus. Patruus ueſter maximo omnium applauſu candidiſſimis auibus in imperio ſucceſſit. Qui oẽs ſimul eloquar, clariſſima orbis lumina fortiſſima bellorũ fulmina, ac præſentiſſima chriſtianæ ſalutis præſidia tot præclara in hoſtes, in attrociſſimos barbaros geſſerunt bella

geritq; patruus ueſter indies omnibus obuia tam ingentia ut nulla uerborũ ubertate nulla uel ditiſſima dicẽdi ſupel/ lectile pro rei magnitudine affatim laudari poſſe credide/ rim. Que cum aliũ ſint habitura preconem, ipſe conſulto ſermonis operam cõpendifatiens Maternum ſtrictim de/ cus eloquar. Anna uobis erat regia genitrix de duodecim parium Frantiæ nobiliſſima familia, quæ Candala nũcu/ patur, clariſſimarũ prudentium mulierum, quæ ſunt aut fuerunt, aut futuræ ſunt, alta mentis conſilia agitantium, ſtupor atq; inſuetũ quoddã miraculum. Cui integerrimæ ac ſanctiſſimæ uiragini hoc fatorũ indulgentia tribuit, ut ſi in cõparationem cũ priſcis ueniamus pulchritudine gra ia Penelope, caſtitate Sulpicia, nobilitate Lampido La/ cedemonia, doctrina Adelphi coniũx proba, Claudia ſpe ctatiſſima religionis obſeruãtia in illuſtriſſimæ matris lau de nobis ceſſuræ uideantur. Sed caſtigatius quã uirtutũ ſeſe copia ſuggetit dicendũ erit. Ad te Vladiſlaum redeo Qui nondum ſextũdecimũ agens annũ, ſi rite audita nar/ ro duorũ opulentiſſimorũ, Pannoniæ atq; Boemiæ regno rum cõſentientibus omnibus ſuffragiis Rex es ſalutatus. Quæ inperia illud Ageſilai pectori ſuperſcriptũ, & uelut cõmonitorium quoddã in procinctu habens

.i. bonum Regem opor/ tet eſſe clæmentẽ, tua officioſiſſima manſuetudine, pater naq; charitate, magis q̃ cæteri unq̃, ui aut bello modera/ ris protegis cõſeruaſq; Vliſſea tua prudentia, conſiliis, iu/ ſtitia, religione, teſtiſſima deuotiſſimaſq; obſecrationibus uelut alter Machabeus per pulchra trophea illuſtreſq; triumphos de tuis ac Chriſtiani nominis hoſtibus ſæpe & ſumma cum laude retuliſti. Inſignis tua pacientia Iob pa

cientiæ rite conferenda æquitas clæmentia, liberalitas cæ
teraq; magnifica facta, cum clariora ſint quã ut opica ora
tione mea illuſtrari queant, non eſt quod ſim in his texen/
dis profuſior. Eximiam tamẽ exploratiſſimãq; omnibus
prudentiam tuã, neq; orationis ſpecies, neq; tantæ rei di/
gnitas obmitti ſilentio ferent, qua tantũ cæteris præſtas
mortalibus, ut quaſi alter Apollo totius ſapiẽtiæ antiſtes
ob longum uſum, uariã ac multiplicem rerũ experientiã
ideſt quaternis mani
bus totidemq; auribus, et rite aptiſſimeq; confingi poſſit.
Nam ut tuis pignoribus, quibus in terris charius nil ha/
bes adhuc cõmodius proſpiceres, ſaluberrime cõſuleres,
munitiſſimũ Chriſtianæ reipublicæ propugnaculũ ſtrue/
res. Regna tua ab atrociſſima oĩm iniuria, ab immaniſſi/
mo Turca Chriſtiani ſanguinis uoragine uẽdicares, remis
(ut aiunt) uelisq; cõniteris. Sacratiſſimã Cæſaream maie
ſtatẽ, cæterosq; Chriſtianorũ Principes gratia, partim fa
uore pactis, partim affinitatibus tibi cõciliare, æterna ac
adamantina pace conglutinare. Pro quo tam pio tamq;
Chriſtianiſſimo officio, nulli erunt annales, nulla litterarũ
monumenta, nulla tam ingrata ſæcula, quæ te Rex Vla/
diſlae circũſpectiſſime nomenq; tuum non immortalitati
comendabunt. Neq; ambigimus ſane, non ſine dei optimi
exactiſſimã in terris curam gerẽtis, fatali quodam ductu
tres in orbe potentiſſimos Reges cũ tanta diuerſi generis
Procerum atq; Principum frequentia conueniſſe, ut ſcili/
cet in terrorẽ, metum, exitiũq; ſuorũ ac totius Chriſtiani/
tatis hoſtiũ ad inſtar ſupcœleſtis trifidi, ſimulq; indiuidui
numinis tripilci ac indiſſolubili nexu coniungerent. Vnde
quicquid commodi ſalutis, atq; incremẽti uniuerſo mũdo

accedit, accedet autem maximũ, acceptum tibi parenti, acceptum uobis liberis perpetuo fertur iure. De quorum ſalute cũ uniuerſam, & tuæ & patriæ felicitatis ſummam pendere haud obſcure cognoueris, ſemidei Platonis præcepto nõ neſcius eas reſpublicas fore beatas, Vbi aut Reges ſaperent, aut ſapientes regerent. Tacito quoq; imperatori acclamatum in curia. Nemo melius quã litteratus imperat. Hinc etiã Magonem, Hieronẽ, Attalum, Iubam Dioniſiũ, Diadelphũ, Ptolomeũ, Alexandrũ, Macædonẽ Iulium, Octauianũ, & id genus compluſculos, Reges non ſtudiorũ minus ac litterarũ claritate, q̃ regnorũ memorabiles extitiſſe. Eo pacto liberos tuos inſtituẽdos curas, ac ſi patriæ, non tibi genueris. Atq; eueſtigio, dum per ætatẽ licuit, uiris ſapienti facundia, militari diſciplina, uitaq; incorrupta, ſpectatiſſimis credidiſti. Qui comites filiis tuis eſſent, ac ſtudiorũ quæ regios decet liberos præceptores. Sic Phœnicẽ Acchilli præfectũ a Pelleo legiẽ, ut faciendi pariter ductor foret atq; dicendi magiſter. Sic Pallantẽ ab Euandro rege Aeneæ creditũ Maro teſtatur

Pallanta adiungam ſub te tolerare magiſtro.
Militiam & graue Martis onus tua cernere facta
Aſſueſcat, primis & te miretur ab annis.

Qua exactiſſima parentis cura, qbus præceptoribus animiq; tui præclariſſimis donis, ut ad te ſermonẽ flectã Rex Ludouice puerorũ innocentiſſime, tantũ protinus generoſe mentis, ac regiæ cuiuſdam indolis ſpecimẽ cunctis præſtitiſti, ut per omnia futuræ probitatis animiq; tui magnitudinis inditia, nemo hominibus charior, nemo acceptior haberetur, Omnes maxima quæq; ſibi de te polliceri, & quod eſt miraculo dignus in ſpem fatalis cuiuſdam, fidei

noſtræ muri. Turcarũq; futuri exterminatoris acerrimi uocari haud dubitauerunt, Quippe nemo quod eſt ualidum magni ac regii animi argumentũ magnifica uſq;q̃q; maiorum ſuorũ facta emulari ſtudet, a quibus degenerare turpiſſimum, quos æquare neceſſarium, uincere uero ſpecioſiſſimũ ducis. Nemo tm̃ honeſte gloriæ atq; ſtudio laudis accenditur. Et ſecundũ Phocilidem

Quoniã labor uirtutẽ ualde auget. Nemo otiũ atq; ſocordiam ita auerſari ita abhominari, ut tu, ſolitus fertur inclitiſſima genitoris imago. Cui cum in Turcam dirum ac peſtilentiſſimũ Chriſtianæ gentis prodigium in re belles uel in quoſuis futuros imperii tui graſſatores mauortia metandi caſtra neceſſitas quandoq; incumbit. Iam fulmina torquere, atiem inſtruere, enſem ſtringere, arcum tendere, equos aſcẽdere, uenationibus atq; aucupiis intereſſe, & id genus regia ſtudia inſignite atq; Athletice cõdiſcis. Cumq; iter omnes Sinephœbos militarium procerũ cõmilitones, nullus æquitandi racionẽ admodum ſcite calleat, nullũ minax galeæ criſta, cataphracta, enſis falcat⁹ candiduſq; umbo, & uniuerſus ille martius apparatus ita mire ornet, ſic deceat ut te cunctis tantũ militaris diſcipli næ præfectũ de te futurũ facile ſpondes, ut tuorũ æqualiũ nemo uel quouis militarium progymnaſmatũ genere agilior, nemo melior, uemo peritior, aut callidior emerſurus credat. Ad ea ipſa autẽ obeunda ſuppetunt tibi affatim ſecundum Homerum glorioſa deorum dona, glorioſiſſime prĩceps, corporis tui uiuax agilis atq; heroica imago & per ſingula mẽbra circũfuſa quæ maieſtas feſtiua, capitis cæſaries, frontis ſerenæ honor, micãtia ſydereis ignibus lumina, regia oris ma

ieſtas, decora tua facies in qua cœleſtes natura uultus ſi/
gnaſſe uidetur. ut uel ſolo aſpectu futuris principatus tra
beis inclitiſſimisq; imperii faſcibus digniſſimus indiceris.
Atqui longe auguſtiora generoſiſſimæ mentis tuæ orna/
menta ſeſe ingerũt lucidiſſima futuræ ſanctitatis indicia.
filialis in parentem, germana in ſororem charitas, præce/
ptorum omniũq; rite monentium in procinctu obſequela
per ingenua cõminationum erubeſcẽtia, in ſuperiores mi/
ra obſeruantia, in pares honor, in infimos humilitas, acce/
dit regia munificentia, animus in tenero corpe ingens, for/
midinis prorſus expers, firmiſſima paternæ iuſticiæ ueſti/
gia, certiſſimaq; prudentiæ ſimulachra. Hæc aliaq; innu
mera quæ ſciens pretereo, dum quiddam in te regia celſi/
tudine dignum ominantur atq; præſagiunt e duobus re/
gnis quæ ſol uidit florentiſſimis potẽtiſſimisq; incolæ nul
las alias ſequuti aues, quã quo tu excelſo animo qua hero
ica uirtute quibus fatis natus & cui parenti ſuccedas ſecũ
propendentes cõgregato uniuerſo Pannonũ primo, haud
longe, poſt Boemorũ principum atq; procerũ flore Deo
optimo auſpice, Patre autore duobus in orbe uirorũ atq;
opum fœcundiſſimis imperiis Rex es inauguratus. Quid
cædo fortiſſime rex eius diei ſpectaculo potuiſſe uel uidiſ
ſe lætius uel audiſſe iocundius ubi paſſim inter confertiſſi
mas plaudentiũ nobiliũ, & aggaudẽtis uulgi cateruas in
ſalutem tuam acclamatur. Viuat rex, uiuat atq; uincat.
Creſce, creſce, puer creſce, fœlicem te fœliciores ſe iactãt
ſupinis manibus deo altiſſimo immortales gratias agunt
Quis talis natus ſit Rex, qualẽ ex omni mortali numero
neq; deligere neq; uotis optare potuiſſent. Pannonia enim
per uaſtum orbis ambitũ decantatiſſima bellicæ uirtutis

ſpectatrix, religionis Chriſtianæ unica aſſertrix, quæ ſe orthodoxæ fidei calumniatoribus uiriliter opponere nunq̄ extimuit, quæ tropheis pro Chriſto in omni orbis angulo glorioſe erectis pfidioſiſſimos Turcaꝝ aníos ſæpe diſpulit, interfregit, contudit. Pannonia inq̄ haud leuibus ducebatur oſtentis, te inuicti roboris puerū, dum fata aſpirēt ſumma ope enixurū. Ne qua maiorum tuorū laus foret, quā non uel propria uirtute inſignibus uictoriis, hoſtiūq; opimis ſpoliis cōſeruaſſe, locupletaſſe, ac aſſidue illuſtratiorē reddidiſſe uidereris. Et ne largiore plus iuſto uerborū copia regales aures ſuffundā. Vnum modo ad tantorū numerū, tāq; ꝓpitiæ fortunæ congeriē adiūgere liceat. Si quis unq̄ a nuptiarū ſplendore felix eſt appellatus. Quis uno te felicior, cui ſponſa filiarum regum nobilitate mira formæ pulchritudene, Attalicarū diuitiaꝝ ac opum affluentia, morū modeſtia, uirtutū deniq; omniū copia nemini cedens, feliciſſimis eſt copulanda hymenæis. Sed ne ſingulis cōmemorandis nullū oratio finem reperiat. Ad te Annam regis filiam reginam ſereniſſimā dictiōis reſiduū flectere atq; relictā gratulatiōis partē deferre ſtatuimus. Quæ cū aím natura optime compoſitū, & quē placidus genaꝝ oſtēdet rubor uerecūdiſſimū habeas, elegātiſſimis innocentiſſimiſq; moribus a cunabulis concinniorē reddere cōnixa ſupra ætatē. Latinas otius litteras quā uel eius ætatis puellæ fuſum torquere didiciſti, iuueniles cōpeſcere impetus, ebuliētesq; adoleſcentiæ flāmas reſtinguere, deo tuo genua flectere diuinis obſeruationibus, modo litteris inſiſtere. per omnia ſobriā, caſtam, religoſiſſimamq; reginam tete agere inſueuiſti. Et in delitiarum meditullio collocata contra ſexum, contra genium eas tantum

uoluptates quæ ſũt cum gloria amplecteris. Verba raro
blandicula aut riſum excitãtia, ſed modeſtiam, ſed ſancti-
tatem redolentia profers. Miniſtris quas annorum ſimul
morumq; grauitas cõmendat, gaudes. Et quoniã Philolai
precepto ideſt inſue-
ſcis uiuendi modum habere purũ. Ne quãdo per ociũ lu-
xu diffluas, puellarũ officia uſurpas. Diuam Eliſabet &
eam Pannonum regis filiã uelut probabiliũ ſtudioꝝ egre-
gium ſpecimẽ emulando acum, lanam, linum aut ſericum
in teneras man9 accipis muliebrem mundũ exerces, Phri
gia operam contexis, texenda componis, errata modeſte
reprehendis, Quid plura? ſtupeãt alii uel Graiæ Helenæ
aut Marianus hebreæ inauditã uenuſtatem. Suſpiciat ge
neroſiſſima Zenobiæ Palmirenſium reginæ ſtẽmata, lau
dãt illicibilem Pieriæ amabilitatẽ, Sophroniæ pudicitiã,
Emiliæ ſanctitatẽ, natæ in Cimona pietatem Tu
Non adulor, ideſt Regina omnium
uenerabilis, undiq; laudabilis, talis a me ad liquidum cen-
ſeris, ſi ſum elegans atq; eruditus formarũ ſpectator. In
quã unicam munificentiſſimi dei largitas, fortunaq; ipſa
indulgentiſſima parens, omnia ſingularũ dona exuberã-
tiſſime congeſſiſse uidetur. Si quidem preter ineſtimabi-
lem Corinthiarũ opum abundantiam preter, muliebrem
mundũ quẽ habes ſplendidiſſimũ nulloq; pretio eſtiman
dũ, preter regum egregia parentũ ſtẽmata. Quis non de-
miret? ſtupẽdam totius corporis tui uenuſtatẽ, ambroſio
quodã candore circũfuſam? cui (mirũ, loquar uerũtamẽ)
nec noſtro nec priſco naturam æuo peperiſſe ſimilem non
iniuſte contenderim. Quid nam caput feſtiuiſsimum, co-
mam auro lucidiorem frontem ſpatioſam, lumina ſtellis

æmula, genas quibus candore niues, roſæ cædēt fulgore, os paruum atq; decens, collum lacteum, niueāq; ceruicē. Hæc aliaq; īmodica ſpectatiſſimæ pudicitiæ tuæ animiq; ſuauiſſimis moribus adiuncta, placide efficiunt, ut nō mortalis creatura, Sed candicantiſsimum quoddam ſydus, aut ſupramundana quædam nympha uidearis, omnium in te oculos, omnium cogitatus conuertentia, te ita monſtrabilem, ita admirandam commendabilemq; reddunt, ut quo te aliquis propius intuetur, magis mireť, quo diutius, minus ſatietur. O terq; quaterq; beate neogame qſqs eris, nam aut Cæſar aut Cæſaris nepos indubitato eris in cuius feliciſsimos thalamos Anna regina ſpecioſiſſima tot ac tantas animi, corporis atq; fortunæ dotes referet, ut ſi centum ſint mihi linguæ oraq; totidem, uel indefeſſi ſermonis æterna ſeries, a me nec uerbis complecti, nec a quoq̄ animo concipi poſſe crediderim. Oportune icc irco Timantem pictorem imitari hoc loco decreui, q in depingenda Iphigeniæ reginæ immolatione cum paternū Agamemnonis merorem penicillo aptiſq; colorum affectibus exprimere nequiret, uelato capite ut ait Plinius animis eſtimandum reliquit. Neq; ea nos gratia quiſq̄ huc prodiiſſe arbitretur, ut quæ de diuiniſsimis laudibus ueſtris uel græcarum facundiarum magniloquentia digniſsimis dici queant, exotico ſermone aut ſtridula mea barbarie complecti conarer, ſed ut liquido commonſtrarem q̄ multiplici gaudiorum fœnore de expectatiſsimo aduentu ueſtro, deq; lætiſsimo ſponſalium feliciſſimoq; utrinq; contractu. Hoc inclytum Gymnaſium ſit pulcherrime accumulatum. Affictim ſperans hoc ueſtræ ſerenitatis ad nos iucundiſſimo aditu quaſi placidiſſimum ſibi ortum ſydus.

Quod noſtræ tandem litterariæ reipu. fluctuantem cymbam infeſtis turbidiſq; hucuſq; agitatum procellis ad optatos prouehat exitus. Sacro ſanctæ Ceſareæ maieſtati impenſius ſupplicando ut hoc ſuum Gymnaſium rutilantiſsimum orthodoxæ fidei iubar, Quod tam pio tãq; deuoto ſtudio, tanto religionis zelo ſuis maioribus eſt ſundatum ſacroſanctis conſtitutionibus, ac priuilegiis firmiſsime uallatum. Nullis iniuriæ nebulis contenebrari, nulla aduerſæ ut obnoxiæ nubis caligine obnubilari patiatur. Quod cũ hoc frequentiſſimo oĩs generis litteratorũ flore cũ illuſtri ſuo principe ac Rectore, & me deuotiſſimũ mãcipiũ ueſtræ ſereniſsimæ maieſtati utq; maxime cõmendo. Qui uniuerſi deum uniuerſe pacis atq; ſalutis conſultorem optimum præcabundi uſq; adorabimus, ut hæc ſacratiſsima fœdera, hæc caſtiſſima connubia celſitudini ueſtræ, nobis, nepotibus noſtris, omniq; æuo ſequenti ſint expedientiſsima ſint auſpicaciſſima, fauſtiſſimaq; perpetuo.

ORATIO CORAM INVICTISSIMO SIGIS/ MVNDO Rege Poloniæ &c. inconuētu Cæſaris & triū regū,nomīe Vniuerſitatis, Vieñ. Auſtriæ, ꝑ Ioachimū Vadianū Poetā Laureatū ha bita,cū carmīe in laudē eiuſdē Regis annexo, in quo quædam de iſto conuentu continentur.

AD INVICTISSIMVM SIGISMVNDVM PO loniæ Regem Magnum ducem Lithuaniæ Ruſſiæ Pruſſiæq; &c.Dñm & heredē. Ioānis Dantiſci ꝑ Ioachimo Vadiano Poet. Laur.carmē.

QVIS magno tantos,& tot cum Cæſare reges,
Conueniſſe nunquam uidit in orbe prius?
Cuncta reuoluamus quæ nunc,retroq; fuerunt
Tempora,conuentus nullibi talis erat.
Ante nec ad Priami, magnam nec Agenoris urbem,
Quin etiam nunqum Martis in urbe fuit.
Finibus a Latiis Cæſar,Rex inclyte ab oris
Tu Scythicis aderas,uictor uterq; grauis.
Pannoniæ ſenior cum Nato Rege ſuaq;
Cum Nata,qua nil pulchrius orbis habet,
Hanc dedit,accepit rurſuſq; a Cæſare neptem,
Quæ regi tenero ſponſa futura data eſt.
Aurea quæ fuerant olim,ſic inde, redibunt
Sæcula,Gradiui cedet & inde furor.
Quod fauſtum felixq; ſiet, Pax undiq; læta
Incuciet reliquis hoſtibus acta metum.

Sic tè, ſicq; tuos ueniſſe Boryſthene ab ipſo
Non piget Auſtriaci pinguia ad arua, ſoli
Hic ubi ſublimi nunc uertice ſurgit, & altum
Nubibus impreſſit pulchra Vienna caput.
Cuius es e cunctis aliis gratiſſimus hoſpes,
Cæſaris ut Vates hic tibi teſtis adeſt.
Qui te quo potuit nuper ſuſcepit honore,
Fecit & in Laudes tot bona uerba tuas.
Nunc etiam docto te tollit Carmina ad aſtra,
Plura tibi, ſint hæc dummodo grata dabit.
Scurra leuis, Mimus, Tubicen, Cytharedus, & omnes
Ad te qui ueniunt munera larga ferunt.
Clementi Vatem ne ſit graue uiſere uultu,
Aeternum cuius Carmina docta manent.

INCIPIT ORATIO.

QVAMPRIMVM aduentū tuum, cerciore fama nunciante, didicimus Princeps illuſtriſſime, ac inuicte Poloniæ Rex, SIGISMVNDE, tanta expectatio omnium pariter aīmos corripuit, ut ſacre Maieſtatis tuæ præſentia longum iſtud tui deſiderium, quod ampliſſima bonitate tua in tot hominum animos defluxit paſcere, & pro parte ſaciare uelle uideretur. Quāuis enim hæc inaudita & omnibus ſæculis memorāda nouitas ſummam omnibus admirationē pepererat, ꝙ præſente MAXIMILIANO Imperatore inuicto, & magnanimo tres coronatos Reges eoſq; potentiſſimos ad ſe in hanc Vrbem ſuam uenturos, deq; rebus maximis & grauiſſimis tractaturos eſſe intelligebamus. Semper tamen

illud in noſtris uotis primum erat, ut Poloniæ Regem illum tam nobilem, tã potentem, & totam orientalis Chriſtianitatis oram, cum VLADISLAO ſereniſſimo Hungariæ Rege, fratre, moderantem q̃primum cõtueremur, oculoſq; noſtros in illud locupletiſſimum, regum, rerũq; geſtarum & conſumatæ nobilitatis exẽplar conuerteremus. Adeo firma regibus uirtute fama paritur, Tametſi rerum momenta ſinceræ iudicio rationis conſectantibus, uirtus ipſa cum his quæ ex ea proficiſcuutur in omnium mortalium ordine digna ueneratione uideri debeat, in his tamẽ maxime omnium amabilis, illuſtriſq; eſſe ſolet, qui cum impune inter homines mali eſſe poſſent propterea quod in eorũ manibus, gentiũ, terrarumq; arbitriũ collocatum eſt, boni tamẽ eſſe malunt, & uirtutũ ſuarum frugem, non tam in ſuam gloriam, quam in ſubditorum ſuorum utilitatem & ſalutẽ conuertere. In quorum numero te eſſe Chriſtianiſſime Rex, cum & ante, longe lateq; ꝑuolante fama accepiſſemus & iã nunc poſt exoptatiſſimum tuum in hanc Vrbem noſtram aduentum, corã conſpicaremur, teſtari præſentia ſua, Gymnaſiarcha magnificus, ac præcellens atq; famigeratũ Gymnaſiũ noſtrum corã, quoq; dignum cẽſuit quãti ob præcellentiſſimã generoſi ſanguinis nobilitatem, ob regni tui q̄d indies magis auges amplitudinem, ob incredibilem in te Regalium uirtutum fidem & ſinceritatem, eſtimandus faciendusq; fores. Vt enim potiſſima ſolum eſtimentur, tanta copia earũ rerum quæ cæteris regibus tecũ minime cõmunes ſunt, ſe ſe mihi cogitanti offert, ut in ipſo meo laudum tuarum ſtudio merito addubitare uidear, An a militari peritia & ea gloria quam tibi fere peculiarem, armorum adminiſtratiõe,

et tot uictoriarum, tot triumphorum acceſſione compa/
raſti,an potius a ſingulari prudentia ,magnanimitate, iu/
ſticia, liberalitate,clæmētia,fide,hiſq; aliis uirtutibus(ut
interim potentiam,genus,fortunam,ſplendorē, magnifi/
centiāq;tuam intermittam)qbus bello & pace clarus ex/
iſtis exordiū ſummere commodius poſſim. In tanta enim
maximaq; rerū ſerie, ubi omnia præſtātia, omnia illuſtria
& laude cūprimis digna ſunt,quid deligat potiſſimū, aut
cui uerba applicet,qui tuarum rerq; preco eſſe conſtituit,
non faciledi ſcernet. Quod ſi cupiā omnia complecti ani
mus foret,non ille iam orationē ,ſed ad poſteros tranſmit
tendum opus moliretur. Quo circa hoc mihi uel ab inicio
contendendum erat,ut in conceptorū uerborū breuitatē,
& ieiunæ oratiōis tenuē excurſum,facilē a te ueniam cōſe
querer. Plura equidem dici & tpis uetat ratio & ampliſſi/
moq; negotiorū tuorum cura non permittit. Quod igitur
apes ſolent, id mihi agēdum eſſe hoc in loco aniaduerto,
ut ſcilicet per arbuſta lucētiſſimis uirtutum tuarū gēmis,
& odoratis totius uitæ tuæ floribus conſita, ita ſedulus
tranſuolem,ut ex immenſa ſucci & ſaporis multitudine,
quæ mihi ſapidiſſima uiſa fuerint, ſummatim decerpam,
Primum omniū inuictiſſime & Chriſtianiſsime Rex,quo
ſtēmate, & qua natalium claritudine, felix iſtud regnum
tuū deſcendat, non ignoramus. Omnia quocunq; animū
conuertimus & regia, & longa regum ſerie,& clariſſimis
geſtis inſignia ſunt,Siue a Boleſlao primo & uetuſtiſſimo
Poloniæ rege,Siue a VLadiſlao tuæ maieſtatis auo poti
us initium ſumimus . Hic enim p ſingularē Chriſtianæ re/
ligionis amorem contra Tartaros,Roxolanos, & Prute/
nos fortiſſime & cōſtantiſſime pugnans, non tā regni ſui

amplitudini q̃ fidei noſtræ incolumitati, id qđ res habet, conſuluiſſe dicitur, nec unquã in ſanguinẽ Chriſtianũ, niſi ſũmis iniuriis prouocatus, imo non ſine ſũmo mœrore coactum, arma torſiſſe, Id quod patruus tuus VLAdiſlaus cum patri ſucceſſiſſet, ſũmo ſtudio æmulatus eſt, in quo poſtea cum tãta fidei, prudentia & fortitudinis ſuæ fama increbuiſſet, hoc memoria dignũ inſigne fuit, quod ex cõmẽdatiſſima regni Poloniæ adminiſtratione, ad regia Hũgariæ ſceptra uocatus, tanta perſeuerãtia fœdiſſimos fidei noſtræ & pfidiſſimos hoſtes Turcas armis inſecutus eſt, ut ſatis non habuerit, eos abactos a confinibus fuiſſe, niſi proprio cruore in ſui regni limitibus fuſo, & amorẽ in fidem ſuã, & ſempiternũ in aduerſos odiũ uiriliter occũbendo teſtatus eſſet. Similis in Diuo Caſimiro, parente tuo, uis & magnanimitas inſignis fuit, qui tamẽ præter felicem regni ſui adminiſtrationẽ, & ſumma illa, quibus reges extolluntur ornamẽta, non paruam ſempiternæ memoriæ partem, hoc ipſo mihi cõſecutus eſſe uidet͛, quod ex nobiliſſima, & e Ducibus Auſtriæ prognata Regina, ALBERTI olim regis filia, & VLADIſlai Hungariæ & Bohemiæ Regis, ſorore, tot præclaros, ac fere ſingulos regiis diadematibus inſignitos filios ordine genuit. Qua in re ſi ſobolem & genealogiam reſpicimus, nulla amplior parẽtibus felicitas accedere poterat, quid eñ diuinius? quid maiori admiratione dignius? quã tot regũ parentes eſſe? qui per mortaliũ cœtus, perq; maximoꝝ & ampliſſimorũ regnorum adminiſtrationẽ, ſumma iuſticia, & integritate, immortalis Dei prouidentiã imitarent͛. O felicẽ illum & generoſſiſſimũ uterum, cui dono Dei datum fuit, ut tot illuſtriſſimos Principes in rerum humanarũ utilita

tem, ederet. Cōmendatur a fide dignis ſcriptoribus Lam/
pido Lacedemonia illuſtris ſane fœmina, quod regis filia,
regis coniūx, & mater regis fuerit. Rarū hoc ipſum qui/
dem eſt, ideoq; merito memoratum. Cæterum, nobiliſſi/
mæ parentis tuæ ELYSAbeth, felicitatem in hac re pen
ſitantibus, ne conſerendum quidem uidetur. Hæc enim
ALBERTI regis filia, VLADISLai regis ſoror, CASI/
MIRI regis cōiunx, & ſex illuſtriū regū mater fuit, ex q/
bus quatuor coronati, IOANnes ALBERtus ſcilicet &
ALEXander fratres tui, iam nunc in cœleſtiū Principum
æternā pacem & uictoriā aſciti. Tu autē tertius cū Diuo
VLADISLAO Hungariæ rege fratre, qui uiui & inco/
lumes, regias coronas ſēpiternis meritæ laudis titulis ge/
ritis. FRIDEricus e fratribus quītus, maturrimus & reli
gioſiſſimus Præſul, eius ut puto gratia ſeſe in Cardinaliū
collegium, ab Alexandro vi. Pon. maximo aſcribi paſſus
eſt, ut & hac quoq; ſemita, qua uiri maximi & nobiliſſimi
prīcipes, ad reipublicæ ſacroſanctæ gubernacula euehū/
tur, principes ueſtri generis illuſtres haberetis. Quid CA
SIMIrus? quo piaculo hūc cœleſtē principē præteriero?
in cuius amore, Deus optius maximus, quā gratus ſibi &
acceptus ueſter ſanguis eſſet mortalibus indicare uoluit,
poſtq̄ enī ꝑpetuo cœlibatu, uitā caſtiſſimā duxit, nihilq;
habuit prius, quā fidem q̄ abſtinentiā et iuſtitiā colere, ea
tandē uitæ ſanctitate deceſſit, ut in beatorū numerum re/
latus, uniuerſam Lithuaniā, miraculorꝫ ſuorum uarietate
& magnitudine, in ſui uenerationē & cultū pellexerit. Ta
ceo liberos, eiuſdē ELIzabet, Diue parentis tuæ in filiarū
pari numero editarū, præclara fœcūditate memoriā, ne/
mo enī eſt q neſciat, qui principes e nuptis nati ſint, q̄ ſan/

ctitatis arguméta e uirginibus ꝓdierint. Ad fratres redeo inter quos Fridericus ſpiritalē ſectā ita illuſtrauit, ut poſt ſe uenturis præſidibus, quales eſſe deberent, exemplū reliquerit. CAſimirus cœlibatu ſuo & proclamatiſſima ſanctitate id cōſecutus eſt, ad quod omnes quidem tēdimus, pauci puenimus. Armorū uero tractatio, ut dixi, & admirabilis in re militari peritia ut cū IOANNE ALberto & Alexādro frequētiſſimæ memoriæ pricipibus tū in te ſūmo principe, inq; fratre tuo VLAdiſlao Pannonio rege, quantū ornamenti uiriumq; ſuſceperit, nō obſcurum eſt. Hunc qdem tanti fecit potētiſſimæ & ampliſſimæ gentis conſenſus, ut ſumma omniū ſpe ſummaq; fiducia in Hungariæ regnū uocatus petituſq; fuerit, quo teſtimonio maius ſuarū uirtutū acceſſioni contingere non potuiſſet. Te uero Rex inuicte, adeo tui diligūnt, adeo proſequūtur, ut ſi alio in regno habenis præeſſes regiis, curaturi tamen & laboraturi eſſent, quo in ſuū reſtitueretis, quāta enim prudentia & æquitate omnia diſpenſes, didicerunt. Quanta manſuetudine, clæmentia, humanitate, affabilitate, atq; animi moderatione tuis apud te in omni negotiorū genere locū facias experti ſunt, Quāta ſeueritate, & grauitate in eos animaduertas, qui uel domi, uel militiæ ius phaſq; cōtemnētes, aut æquiſſimis legibus tuis, aut publicæ fidei ſinceritate quoquo modo cōtrauenīūt, cū ſemp alias intellexerunt, tū hodie intelligūt maxime, quū contra hoſtiles turmas arma ſuſcitas, in quorum adminiſtratione, qui tibi triumphorū ſucceſſus ſint, quæ, & quā magno ex hoſte petitæ uictoriæ, non hi melius nobis, q extra ampliſſimi regni tui limites agimus, compertū habent. Quæ eñ fortitudinis ratio amplior eſſe illa poſſet, quæ ſummis in

periculis uerſata, omnē impetū, in defeſſo robore, reuel lit: nec ſemel, ſed ſemper uictrix euadit. Multum intereſt cum quo quis hoſte, quibuſue in locis bellum gerat, Iſtud quidē aſſeruero, multo digniorem gloriā, apud iuſtos ar/ bitros Cæſarem Dictatorem conſecutum eſſe in Galliis ſubactis, quam ex tota Aſia deuicta, Magnū Pompeium Huic enim facile erat luxu fractum militem profligare, illi difficillimum, rigido ſub cœlo ferocem & longo armo rū uſu aſuetum Gallū retundere, Quemadmodū maior Epaminūdæ clariſſimo Thebanorū duci ex Spartanorū fuſa acie gloria creuit q̃ ſi uel Perſas fudiſſet uel Medos, hi enī ab illis ante uicti fuerāt, Tu fortiſſimis, & ſupra hu manæ naturæ manſuetudinē ferocibus hoſtibus, ad iuga prope Ryphæa, & rigētem Arcton, armorū, rapinarū, & ſylueſtris uitæ aſperitate aſſuetis, tanta copiarū tuaꝝ, fe licitate obuiā factus es, ut illi ipſi, quid in te uenerandū ſit iam nunc ingenti diſpendio ſuo didicerint, nec īmerito, Iu/ ſtū enim eſt horū fortunas periclitari, qui ad bene ſentien/ dū de optimo et prudētiſſimo principe, armis cōpelli quā cōſilio induci malūt, Quæ eni de te nō ꝓclamata uirtus: aut quod iuſti ueriq; regis officiū, in omni regni tui admini ſtratione prætermiſſū: Sunt reges plerūq; ſupbi pertina ces, et in feſti his quibus maxime amici eſſe deberēt, quoꝝ inſolētia cōtingere ſolet, ut nec pax, nec ſui ueneratio, nec omnino reipublicæ, & cōmunis incolumitatis ratio ſtare queat, qui & Tyrannidē iſti exercēt potius q̃ amorē, incu ius bonitate, niſi ille qui regnat, his quibus præeſt deuin/ ctus ſit, ſatius multo foret regnū rege carere, quā a rege opprimi, Omnis enī prudentis, & glorioſi miniſterii ratio ita amoris & beneuolentiæ fundamentis innititur, ut ſine

his eſſe haud quaquā poſſit, Tu ciuitatem tuam, hoc eſt,
florētiſſimum Sarmaciæ regnū, aduerſa fortuna tentatū
erigis, ſecunda uero floridum conſeruas, nec ulla in re tuæ
ſacræ maieſtati maius ſtudium eſt, quam ut præter com/
munis utilitatis rationem, iuſtis bellis ampliorē illis quos
amas regni ditionem efficias, Non habet penes te locum
animi torpentis deſidia, non hebetis ingenii aut Mineruæ
craſſæ ignauia, cum omnem curam, ſtudium, omnemq;
diligentiam adhibeas ut omnibus in rebus adminiſtrādis
iuſticia, prudentia, & ſedulitate cæteris antecellas. Quæ
res circunſpectiſſimum animū tuum, iſtuc īduxit, ut poſt
grauiſſima & diuturna cū Moſcho bella geſta, Poſtquā
illa tibi per orbē propagata uictoria, parta fuit, Pacis &
cōcordiæ gratia, ad VLADISLAVM fratrē, Hungariæ
regem, libens magno cū equitatu aſcēderis, & Diui MA
XIMILIANI Impatoris Auguſti aduentū, ſūma quadā
anī alacritate expectaueris, nihil tuæ ſacre maieſtati po/
tius futurū eſſe exiſtimās, quam ſi poſt tam inſignē uicto/
riā, cum eo principe rem ageres, cuius arbitrio, iuſtam or/
bis partem gubernari cognoſcimus. Quo tuo conſilio, nō
tam tibi o inuicte Rex quā aliis maximis & potentiſſimis
principibus, laus, fama, & utilitas acceſſit, qbus tandē cō
tigit ut tot regū aduentū in ſuū emolumentū deflecterēt,
imo ſi dixero potius, religionis Chriſtianæ ſaluti & incre/
mēto, tuæ præſētiæ occaſione, conſultū fuiſſe, nō inepte
dixerim. Poſtquā enim Poſonii eſſe te, tuūq; fratrē VLA
diſlaum, cū liberis, LVDOVICO probatiſſimæ indolis
iuuene, ac ꝓpterea rege teneris annis coronato, cūq; AN
NA ſpecioſiſſima regina, moram trahere, Cæſar accepit,
nihil habuit potius, quam ut deſiderio ueſtro, ſuoq; ſimul

ſatis faceret & propoſitis in commune bonū conſiliis ne/quaq̄ deeſſet. Qui poſtquā pridie, ſpatioſum in campum lectica prouectus, utrūq; ſummo gaudio excepiſſet, copi amq; feciſſet omnibus ueſtris uultus, amoriſq; & beneuo lentiæ ſuæ, in hac ſua ornatiſſima urbe ſua ſecum eſſe uo/luit. In qua poſt magnificētiſſimū introitum ueſtrum, cui ſacræ tuæ maieſtatis dignitas, non parum ornamēti, equi tatus peditatuſq; multitudine, & auri argentiq; & omni. farii ornatus ſplendore, attulit, poſt regalia cōuiuia & ſpe cioſiſſimos ludos, in Auguſtiſſima hui9 ciuitatis æde, ſpō ſalibus pactis, & inſtitutis denuo præter ueterē neceſſitu dinē ueſtrā matrimoniis, firmam, inuiolabilē & ppetuam concordiā, in regnorū ueſtrorum & imperii ſalutē, ac toti us religionis noſtræ incolumitatē & incrementū, immacu lata fide interueniēte, pacti eſtis. Nos certe felicem illū et faſtis demandandum diē exiſtimamus, quo MARIAM Caſtiliæ Reginam, MAXIMILIANI Impatoris PAtris Patriæ neptem iūctis manibus in ipſo Cæſaris ſinu deſpō ſari LVDOVICO, tuo ex fratre Nepoti uidimus. AN/NAM uero reginam in ipſas ſacri IMPEratoris ulnas, te præſente deduci, & illam ppetuo plauſu dignā concordiā ueſtram omniū concentu proclamari. Quandoquidē no/bis data eſt ꝓpellendi uel ex uniuerſa Europa, diuerſæ fa ctiōis hoſtis occaſio, Seu Tartarū ordimur, ſeu Moſchū ſiue eū qui maxime cōmuni noſtrū ſaluti infeſtus eſt Tur cā. Ab occaſu enim, Sarracenorū immanitas Hiſpaniæ regum uictrici fortitudine, indiuerſum littus Mauritaniæ abacta eſt. Ab ortu, Cæſaris auſpiciis per Illyricū & Dal maticū, Veſtris uero per Hūgariā, Poloniā, & Lithuaniā uincēdæ amplius & in uniuerſum exterminādæ ſuperſūt

maleſidæ & crudeles ſubinde gentes, Quarum potentia quæ orientalis imperii deſidia, adeo increuerat, ueſtra ſtā/te concordia, facile diluetur, ſi modo ut certe debebit, ec/cleſiaſticæ ditionis potentia, ueſtris cōſiliis adiumento fu/tura eſt, quanq̄ in hac bellorum alea, nemo illis qui arma retractabunt, plus periculi accepturus eſt, Te Duce Rex Chriſtianiſſime, ad Tanais ripas & Meotis ac Ponti litto ra, confeſſæ crucis autoritas propagabitur, Duce fratre VLADISLAO, Dacia reſipiſcet & totus citra Danu/bium excurſus ponti feris exutus gentibus ſalutaris fidei manſuetudinem recipiet, Cæſaris uictoriæ, ab Dalmatia & Illirico, in Epirum, Macedoniamq; prouehentur, Vbi caſtris & exercitibus coniunctis, Tota Myſia, tota Thra/cia, ſecundum Boſphori, Propontidis, & Helleſponti lit/tora, aduſq; Strimonē, ſupraq;, per appoſitū Adriæ, Ma cedoniæ littus in totius Aegei excurſū, noſtra eſſe poterit Quod ſi robori ueſtro, Hiſpani, Galli, Heluetii, & Italia in tam pio & Deo immortali debito, conatu acceſſerint, quid obeſſe poſſet, quo minus, terra mariq; armis obni/tentibus, Theſſalia, Hellas tota, tota Peloponeſus, cum Ambratia, & reliquis noſtræ continentis terris, noſtra fie ret? Satis profecto ſuperq; ſatis eſſet, ſi maleſida Thur/carum & Sarracenorum gēs, his ſaltem agris potiretur, in quibus tam lata olim & frequens fidei profeſſio uerſa/ta eſt, nec in Europa, multo, ut uidetur Chriſtianæ eccle/ſiæ, dedecore & emacerante credentiū præcordia dolore ſuſtineretur, quod futurum eſſe Rex inuicte, maxime om nium, per hunc ſacrum conuentum ueſtrum, perq; hanc Diuinam concordiam ſperamus, in uobis enim ſolis ſuc/ceſſus & uictorie in hac re momentum locatum eſt, In te

uero, ut fortiſſimo & prudentiſſimo Principe, regnorum tuorũ indubitata ſalus, in cuius præſentia, nihil mihi magis conandum eſt, quã ut intelligas inclitum Gymnaſium Viennenſe tuæ ſacræ maieſtati, gratulari, de fortuna, de potentia, deq; iſta cum maximo ac potentiſſimo Chriſtianæ reipublicæ moderatore. Cæs. MAXIMILIANO, amicitia &(quod nos ſolemus cumprimis obſeruare) beneuolẽtiſſimo in omnes ſtudioſos animo, qui ueluti piſces ad limpidiſſimum uiuarium ad te confluere ſolent, quorũ eruditione illud tibi continget, quod aliis principibus uiris qui litterarum amantes fuere, contigit, ut earum rerũ quæ a te geſtæ ſunt magnitudo, adamantinis litterarũ & ingeniorum monumentis demandata, ad longam, & ſi ſtabit mundus, ſempiternam poſterorum memoriam proueniat, Id quod indubie & Gymnaſii noſtri uiri eruditi aliquando molientur, quanquam in celeberrimo regni tui loco inclytum & frequentiſſuimm doctorum hominum, Lycæum tuorum ſtipẽdiorum incredibili largitate, exornes, & conſerues. Nos tamen, quod noſtrum eſt, omni opera, ſtudio, diligẽtia conabimur, ut ſacræ maieſtatis tuæ nomẽ famãq;, & cœlo dignam gloriã ubiq; ſedulo aſtruamus.

DIXI.

EIVSDEM Ioachimi Vadiani ad inuictiſſimum Regem SIGISMVNDVM, Carmen cuius primæ uerſuũ litteræ & ultimæ eorundem in ſyllabas & dictiones collectæ hoc diſtichon faciunt.

Principe te perpes regni o SISMVNDE manibit,
Nomen & æternam retinet iam Sarmata laudem.

VIENNA LOQVITVR.

P rima illa eſt, prima illa dies qua cernere nume N
R ex SISmunde tuum mihi contigit, illa lapill O
I lla dies niueo ſignetur, qua mihi rege M
N oſcere ab Arctoo uenientem longius ax E
C ontigit, haud digna es tot regibus Auſtria, ſi no N
I ngenuo mecum officio plauſuq; uerer E
P rincipis Aetherei faciem, quem Cæſar ut audi T
E minus ad noſtræ celerem confinia terr AE
T endere, progreſſum ſponte in ſua regna recepi T
E t retinet, meritoq; illum dignatur honor E
P ar SISmunde tibi regni moderamine frate R
E ffulgens, ſuperanſq; alios, ut ſidera Tita N
R egni Pannoniæ primum decus, addidit un A
P ergenti claro tibi qui de ſanguine prole M
E n ſeſe accinxit ſocium, ne pacta moretu R
S æpe olim tentata, iterataq; fœdera ſæp E.
R egnorum uictrix pariter uos gloria tolli T
E t pariter cultus fidei, quo, ſola parar I

Gratia par potuit, panſumq; in tempora nome N.
Non alium te maiorem mihi fata uider E
In tanta regum ſerie, Procerumq; dederun T
Omnia nanq; tibi ſuperi tribuere benign I
Seu quis uirtutem, ſeu quis compenſat auit A
Inſigne hoc de ſtirpe decus, ſeu colligit illa M
Sternendi ratione uiam ſubiti hoſtis, & illa S
Martis opes, Scythicis & cognita gentibus arm A.
Viue diu felix Princeps, te ſoſpite fertu R
Non uano manſuram illis rumore ſalute M
Debent qui uitæ tibi commoda, & omnia tut A
Extremum ad pelagus, reparata in pace pererran T.
Moſchorum deuicta iacent tot cladibus arm A
Arma quibus fuerat pax intercepta, quibus ni L
Non conceſſurum Tanais decreuerat or A
E regione tamen Regali geſta parat V
Bella diem fracti penſarunr fœderis, Id quo D
Immenſum Rex magne tibi. qui regna iugar E
Tanta potes uictor, peperit per ſæcula fama M

FINIS.

ORATIO AD SALVTANDAM ILLVSTRISſimam Principẽ & D. Dñam MARIAM Archiducisſam Auſtriæ, Ducisſam Burgũdiæ, Brabantiæ. &c. Principẽ Caſtellæ Legiõis Granatæ. &c. Sponſã deſignatã LVDouici Vngariæ, Boemiæq; Regis ſereniſſimi. &c. Nomíe florẽtiſſimi ſtudii Viennñ. Pãnoniæ, p Sebaſt. Bũderliũ, ibidẽ Collegam habita.

IOachimi Vad. Poet. Laur. in Bunderlii Salutationem.

Et legi, & dulcis placuit mihi uena legenti,
  Bunderli, Phœbi, Pegaſidumq; decus.
Quam tibi laudanti terreſtria numina, Muſæ
  Et faciles linguæ contribuere Dei.
Magna quidem Mariæ laus eſt, ſunt magna parentum
  Nomina, & inuicti quem colit orbis Aui.
Non tamen aut breuius poterat, aut rectius ullus
  Orator rerum pondera tanta ſæqui.

GENEROSO & Magnifico Dño.D. Claudio de Pon/
tallyer,& Dño de Flagii,Illuſtriſs.Principis CAroli
Cubiculario Sebaſtianus Bunderlius. S.D.

DESIDERASTI iterum atq; iterum magnifice Baro, Orationem quã in aduentu Illuſtriſſimæ principis MA/riæ habuimus,tibi deſcriptã traderemus. In qua re ut cu/mulatius deſiderio tuo ſatiſfaceremus, operam dedimus, quo,ea typis ſtanneis excuſſa,in ſexcenta exẽplaria diffũ/deretur,rati id,& tibi & cæteris aulicis gratũ futurũ eſſe, ubi ſi forſan inter legendum mouearis, quod nimis frigi/de & oſcitanter,tantorũ principum(quorũ meminimus) laudes præſtrinxerimus,id tu partim ſubitario huic & in/opinato ſalutandi muneri, ac fere, tumultuarie nobis de/mãdato tribuas, partim uero tibi cæteriſq; multis, quo/rum frequẽti hortamine impulſi, id deinde nobis ſublatũ eſt(quod multos factitaſſe & eruditiſſimos quidẽ cõſtat) ut eam digeſtam copioſioreq; publicaſſemus, ſed utcũq; ſit,hanc tibi quantumuis ieiunam offerimus dedicamuſq; ſpe freti ampliſſima, tu,pro tua in me humanitate & be/neuolentia(quã non uulgari argumẽto declaraſti)noſtrũ laborem ſis ſerena fronte ſuſcepturus. Vale,& me quem admodum cœpiſti,tuo fauore foue. Viennæ Pannoniæ. ex Collegio Principis. M.D.XIIII.

Adueniſſe tandem, hunc deſideratiſſimum di/em& niueo lapillo ſignandũ, quo,poſt longã peregrinationẽ hanc urbẽ Viennã, ſplẽdidiſſi/mo comitatu,et optata ualetudine iuiſeres,MARIA om niũ q̃s tellus ſuſtinet nobiliſsía illuſtriſſimaq; prĩceps. Id cũ nobis & uniuerſæ Auſtriæ cõgratulãdi plaudẽdiq; ne/ceſſitatem imponit, ut uel primario & conſummatiſſimo

oratori tam affluentem dicendi copiã dari poſſe nequaq̃ credam, qui ſi centũ ora habeat, totidẽq; linguas, cõmu/nem illam & inſuetã noſtrã læticiã uerbis, quemadmodũ par eſſet, cõſequatur. Ita etenim gaudemus, ita lætamur, ita exultamus, ut omniũ noſtrarum rerũ pene obliti hoc ſolum meditamur, id cogitamus, ad hoc ſummã noſtram curam, ſtudiũ, laboremq; impendimus, quo eo plauſu te exciperemus, ut intelligeres, poſt diui MAXImiliani feli/ciſſimum nuper ad nos aduentum, nihil prorſus ex omni rerum mortalium copia, nobis obuenire potuiſſe, uel cari us uel optabilius, quã ut te præſentem aſpiceremus, uene raremur admiraremurq;. Idq; tanto iuſtius, q; ex ea ſplen didiſſima patria, ad quã modo ſuperum benignitate ap/puliſti, originem trahas, & ex illa quidem nobiliſſimorũ principũ ſerie, qua ſub ſole neq; maior alia, neq; illuſtrior neq; famigeratior unq̃ fuit, ſiue familiæ uetuſtatẽ, ſiue uir tutes, ſiue inclyta domi miliciæq; geſta intueri uelis. Inde etenim prodiere toto orbe notiſſima belli fulmina, ALberti. ERneſti. OTtones. LEOPoldi. HENrici. RVdol phi. FRIderici, quorũ illuſtria facta hoc loco potius ad/mirari, quã recenſere (tanta illorum magnitudo eſt) con/ſentaneum exiſtimamus. Per hos magnanimos principes familia tuæ celebratiſſimæ ſtirpis uoluentibus annis du/cta, ad diuum MAXIMIlianũ tandem perlata eſt, quem immortales Dii hoc potiſſunum tẽpore & eſſe & guber/nare uoluerũt cum ob uarios ac fluctuantes hominũ ani/mos, eo Imperatore opus foret, in quo ueluti quodam ſi/mulachro omnes hæ artes, omnes uirtutes, reperirentur, quæ in optimo abſolutiſſimoq; prĩcipe deſiderari poſſũt. Nam ſi prudentiã requirimus, quã pleriq; in principibus

primam eſſe autumant, ita cumulatim in noſtro Imperatore contemplari licet, ut qđ in hac uirtute maximũ habetur, omniũ gerendaꝝ rerum ſeu pace, ſeu bello, ueluti quidam diuinus uates & initia & exitus multo antequã eueniant, proſpiciat quã ſagaciſſime. Si iuſticiam uolumus, quæ cæterarũ omniũ regina atq; domina eſt, & ſine quà nulla ſocietas, nulla reſpublica, nullũ impium diu ſubſiſtit eam ſic eſt complexus, ut nihil prorſus agat, quod non ueluti in librili perpenſum prius quã diligentiſſime, arbitrari poſſis. Quid de liberalitate, & munificẽcia dixero, quæ uirtus in illo ſibi domiciliũ & perpetuas ſedes locaſſe putari poteſt, laudatur plurimum Cyrus, laudant̃ item alii, ob hanc uel ſolam uirtutem, at in eo laudis genere, tantũ cæteris omnibus præſtat Cæſar noſter maximus, quantũ inter dumeta pinus, & ante citos quantum pegaſus ibat equos, hoc ſibi tanq̃ peculiare inter cæteros principes omnes uẽdicat, quod a Tito ſæpe repetitũ aiunt, ad eum qui reliquis mortalibus dominetur attinere, ne quenquã ab ſe triſtem mœſtumq; abire ſinat, tanta in eo clæmẽtia, tãta facilitas, tanta comitas, tanta munificẽtia. Quantũ uero fortitudine ualeat, documenta adhuc iuuenis forti ſtrenuaq; manu dedit, ut ea in tenera ætate præciperet, quæ & ſi toto ſequente æuo confeciſſet, perpetua gloria & immortale nomẽ ſequutum fuiſſet, Nouerũt hoc Eburones, nouerunt Sicambri, nouere Galli, Bataui, Morini, nouit ſubinde totus orbis, nam ut paucis quæ huc & ad militarem gloriam attinent, complectar, reuoluamus a mundi primordiis ſi libet bella, colligamus iſigniter geſta ſtrategẽmataq; , neminẽ reperiemus qui bellorũ magnitudine, prælioꝝ numero, uictoriaꝝ uarietate, conficiendi celerita

te,mentis amplitudine,pertinatia in rebelles,clæmētia in ſubditos,cum diuo Cæſare noſtro conferri queat, ut mihi hoc loco canere libeat. Hic eſt ille MAXIMIL. quo nihil maius meliuſue terris,fata donauere boniue Dii, nec dabunt q̄uis redeant in aurū tempora priſcum. Ab hoc Imperatore Maximo potētiſſimoq; PHilippus parens tuus ſereniſſimus genitus qui & ipſe uel uti aliquod micantiſſimum ſidus inter cæteros principes refulſit, & unde tuis maioribus plus gloriæ acceſſit,quā uel dici uel cogitari queat,erat etenim is unicus princeps omnium,qui ſub cœlo uiuunt præſtātiſſimus ornatiſſimuſq;,in quem cuncta naturæ & fortunæ munera ita confluxerant, ut nihil reſtaret,quod ad principis gloriā amplificādam ſuperi addere potuiſſent. Nam præter nataliū ſplendorē ſummū & heroicam proceritatē habebat quandā tacitam & diuinitus inſitam uim ut omnes reges, principes, populi, naciones,incredibili amore illū proſequerentur,ac ab iiſdem ueluti quoddam in terris numen haberetur ueneraretur q; hanc apud cunctos mortales gratiam, in eo auxerant comitas, modeſtia, fides, manſuetudo, cōſtantia, cæteræq; Imperatoriæ uirtutes quas a ſuo parente MAXImiliano Cæſare inuictiſſimo didicerat, & quibus breui efficit, ut quom toti orbi admirationi eſſet,multi,populi externi & potentiſſimi permoti,& ſe & ſua regna in illius fidem tra didere,rati id quod & ſequutum erat ſe ſub illius imperio aurea ſæcula uicturos, ſed excurreret oratio in immēſum opus ſi horum parentis inq̄ imperatoris & filii regis ornamenta omnia perſequi uellem nec ſi tempus & locus conuenirent huic prouinciæ par forem,tāto progenitore, tanto rege, tanto principe,ſata es tantaq; paternæ ſtirpis

origo, tibi a ſuperis eſt conceſſa. Sed nec minore quantũ ad maternum genus attinet deſcendis, Nam ut cæteros innumeros Arragonie reges prætercam ad Fernãdum ui ctorioſiſſimum principem & tibi auum maternum oratio flectenda eſt, quando ſine piaculo ſilentio illum nõ tranſi ré. Is eteni ut per capita uirtutes et res geſtas attingamus, nulli maiorũ ſuorũ uel felicitate, uel potentia, uel uirtute eſt ſecundus, & in quo præcipua principũ decoramenta, religio inquã at rei militaris diſciplina renitent, quibus du abus rebus id modo nactus eſt, ut longe lateq; terminos ſui imperii cũ maximo Chriſtiani nominis incremento glo riaq; propagaret. Nam ut exingenti rerũ aceruo paucu la huius rei argumenta adducã. Cũ Granate regnum qđ Beticam nominant ferme ad ſeptingentos annos a Sarra cenis Chriſtianæ religionis hoſtibus atrociſſimus occupa tum fuiſſet, & nequicq̃ a maioribus ſuis arma cõtra illos identidem ſumpta, tandẽ Fernãdo ea felicitas adfulſit, ut parua manu illos ſuperaret, ſuperatos toto regno ſubmo ueret propelleretq; . Vnde illorũ erronea ſecta uſq; adeo fracta cõtuſaq; fuit, ut Chriſtianis prĩcipibus relique Sar racenice gentis tota Affrica ſubuertẽda anſa opportuniſ ſima eſſet. Sed & precipuo id preconio dignũ eſt ꝙ pſeu do Chriſtianos quos Maranos uocant eiecit, & ſimul eos qui cum religioſi uitæ addicti eſſent citra tamẽ ſuas nor mas & inſtituta uitã per ſcelera & flagitia ducerent, inde quiſq; facile cõiectare poteſt, quã diligens, q̃ ſedulus, & q̃ ſincerus ſit religionis noſtræ amator defenſatorq;. Adde ꝙ illius feliciſſimi regis auſpicio, nouæ Inſulæ, noua loca, nouæ terræ ſunt reptæ a priſcis omnibus ignorate huius etenim ductu naute nouum pelagus ingreſſi, uſq; ad peri

æcos noſtros penetrarunt, ubi qui antea in tenebris ambu/
labant, modo in uera ſaluciferaq; fide Fernando duce in/
ſtituũtur ſic auctum Hiſpaniæ dominiũ, ſic gloria aucta,
ſic tota Chriſtiana religio quã latiſſime & aucta & diffu/
ſa. Accedit ad illius felicitatem ſummã q coniugem ha/
beret reginarum omniũ decus Heliſabetã, & quæ ſecum
ex æquo regni negotia grauiſſima quæq; adminiſtraret,
huic etenim animus erat uirilis, & domi & militiæ para/
tus, ut quantum in muliebri ſexu eſſet regis uirtutibus ex
omni parte reſponderet, quo factũ eſt, ut uulgo eam Hiſ/
panicæ quietis ac religionis matrẽ nuncuparẽt. Hi quom
diu ſanctiſſimæ ſimul uixiſſent, ac immatura morte filiũ
ſumma indole & ſpe plenum amiſiſſent, iacturã tantam
in filia Ioanna matre tua nobiliſſima rependerunt, eamq;
Philippo parenti tuo ſereniſſimo deſponſarunt, fama &
celebritate tanti principis, quæ uſq; ad ultimas occidentis
terras penetraſſet, inducti, nec ſua ſpe fruſtrati ſunt, quip
pe ex illo fœcundiſſimo coniugio, nepotes nati CARolus
& FErnandus duo inter cæteros noſtræ ætatis principes
ueluti quædã candidiſſima ſidera. In quibus modo quã/
uis teneris, is animus, ea uirtus reſplendet, ut & nos &
cæteri mortales omnes nihil dubitemus, conaturos illos
ut etiam uirtute ſua maiorum gloriam ſint amplificaturi,
ſi modo quidquam reſtat, quod ad eorum uel laudem uel
ſplendorẽ accedere poteſt, neq; enim fieri poteſt, ut Euri/
pides aiebat, ut qui optimis fortiſſimiſq; parentibus na/
ſcerentur, quin & ipſi tales euadant, ſed his alio loco ſua
preconia, ſuum Panegyricũ dicemus. Ad te Mariam pro
perandum eſt, quæ quoq; ex illa propaginæ nobiliſſima,
ſimul cum Leonora, Iſabella, & Catherina prole illuſtriſ/

ſima ſuſcepta es, quã rem ſi quiſquam ſecum ponderarit, te tanto natalium ſplendore ortam, ob id uel ſolũ te colat obſeruet, ſuſpiciatq; neceſſum eſt, & uere beatã, ſi modo mortalis eſſe poteſt, exiſtimet. Nam ꝙ ſis Philippi potẽ/tiſſimi regis, & Ioannæ reginæ ſplendidiſſimæ filia, ac ne/ptis ex matre Fernandi glorioſiſſimi Arragonum regis, ex patre uero diui MAXIMIliani mundi domini utriuſq; quidem adhuc ſuperſtitis, quæ quoq; abauum habeas, & ipſum Cæſarẽ FRIDericum, priſcis omnibus probitate cæteriſq; uirtutibus longe ſuperiorẽ, rara hæc eſt, inaudi/ta & ſtupenda res, neq; enim maior nobilitas ſub ſole, ne dicam inueniri, ſed ne quidem fingi poteſt. Sed age quid illud? quo loco? qua parte felicitatis reponẽdum? ꝙ quo/q; ſponſa ſis meritiſſima tamẽ LVDouici Vngariæ Bohe miæq; Regis ſereniſſimi, gentis opulentiſſimæ, & ſimul bellicoſiſſimæ, late dominatoris, ac eius quidem quæ ue/luti quoddam antemurale ac propugnaculum, ſæuiſſimo rum Turcarum impetui ſeſe fortiter opponit, noſq; & ſa cratiſſimam noſtram religionem conſtantiſſimæ ab illoꝝ iniuriis & incurſionibus defendat. Sunt hæc quidem ma/gna rara & ſplendidiſima in te fortunæ munera decora/mentaq;, quæ tu tamen tanto admirabiliora in te reddis, ꝙ non contenta tanta generis amplitudine, conaris quã/tum per ætatem licet, uirtutibus propriis ſplendeſcere. cogitas forſan ſub tenello pectore, ſed ſenſu admodũ præ maturo, in tanta tuorũ heroum gloria, turpe uideri poſſẽ ſi nõ & tu his artibus, his uirtutibus te conſpicuã reddas omnibus, quæ ad puellaris ætatis ſummã laudẽ attinnet, in qua cum inprimis deſiderari ſoleant, uitæ innocentia, caſtitas, pudicitia, temperantia, modeſtia, tu omniũ quæ

uiuunt innocẽtiſſima, caſtiſſima, prudentiſſima, temperã tiſſima, modeſtiſſima, quæ quamuis in omnibus mortali bus ornamenta ſint ſplendida, ſalutiferaq;, in his tamen maxime nitent, qui quemadmodum & tu, aliquo excelſo loco ſiti ſunt, quorum nec dictum nec factum ullum uel minimum, ut Criſpus aiebat, latere poteſt. Horũ in te ad mirationem, non mediocriter augent, corporis bona pul cherrima, quæ ita adamuſſim tibi a ſuperis ceſſere, ut ni hil præteritum ſit, quod uel addi uel diſiderari queat, eſt eteni tibi in ore & uultu eximia quædam gratia, oculorũ ille fulgor, ut maiorum tuorum ueſtigia, in illis hærere ui deantur & quændam nitidiſſimum ſplendorem perfun dere, ſic tota aſpectu uenerabilis es, mẽbra ita decora ha bes, is nitor, ea pulchritudo, in te conſpicitur, ut a gratiis quas Græci Charites uocant, formata iure puteris, & ut omnia quæ ſparſim multiſq; dici poſſunt cõplectar, tanta uenuſtate prædita es, ut qui te diligentius conſpicantur, non mortalem hominem, non terrenũ, ſed quandam diui næ formoſitatis imaginem, ſe uidiſſe fateantur. Hæc om nia & ſi fluxa caduca atq; cum corpore ſint abitura, mirũ tamen mortalibus in omnibus rebus agendis & gratiam & autoritatem præbere ſolent, ut & recte & ſcite a Paca to dictum eſt, uirtuti formam ſuffragium addere, ac Poe ta maximus ut cætera ita & hoc elegãtiſſime cecinit, gra tior eſt pulchro ueniens e corpore uirtus, hæ tuæ dotes ſunt, hæc bona, hæc munera, quibus, licet tenella, hoc ta men conſecuta uideris, ut ueluti quidam Magnes omniũ hominum animos in tui amorem ſtudium & uenerationẽ rapias, uſq; adeo quidem ut fateamur ĩgenue, nobis incre dibilis plauſus materiam conceſſam eſſe, ac diutiſſime cõ

cedi ſperamus. Sed interea illuſtriſſima princeps, hũc litteratiſsimum ordinem, Rectorem noſtrum magnificum & eruditione & probitate nulli ſecundũ, Doctores in omnigena profeſſione primarios, ac ſimul totum Gymnaſiũ tuæ clementiæ commendo, & qua poſſum pectoris ſinceritate, communi omnium iſtorum nomine oro, id in tuam protectionem ſuſcipias, ut quemadmodum a tuis maioribus illuſtriſſimis Auſtriæ Principibus inſtitutũ eſt, ac pro præcipuo ornamento patriæ, ſed quid patriæ immo uniuerſæ Chriſtianæ religionis, reputatum, ac in ſumma ueneratione, ab iiſdem habitum ſit, ita tu fide qua potes (potes autem plurimum) beneuolentia & amore hoc proſequare, qua tamen fiducia, ſuffulti, commodius inter optima litterarum ſtudia, ad quæ deſignati ſumus, æuum noſtrum tranſigamus. Idq; aliquando præſtemus, quod multi ex hac litteratiſſima turba moliunt̃, ut maxima & ſplẽdidiſſima Auſtriæ principum facta, imprimis tui sereniſſimi parentis & itidem aui diui MAXIMILIANI Imperatoris inuictiſſimi, ab interitu (id quod noſtrum aurum eſt, noſtræ gemmæ, noſtra munera) uendicemus.

DIXI.

AD ILLVSTRISSIMAM MARIAM.

Sebaſtiani Bunderlii Carmen.

Accipe,quod nuper tenui deduximus orſu
    Gaudia & hæc oculis aſpice noſtra tuis.
Quæ licet exiguo(quis enim?) ſint ore relata
    Sume tamen facili maxima nympha manu.
Aethera ſic genitor teneat, reddatq; tonantem
    Propicium patri pignoribuſq; ſuis.
Sic auus Euboicos cineres,inuictus adæquet
    Et ſtent auſpiciis maxima regna ſuis.
Sic ſint incolumes fratres,cum matre uirago
    Quæ gerit inuicta maxima bella manu.
Sicq; tibi MAriæ LVDouicum cernere ſponſum
    Reginæ regem numina quæſo ſinant.
Sic Lucina tibi faueat,ſic prole beati
    Eſte,nec intereant ſtemmata ueſtra rogo.

AD REVENDISS. IN CHRISTO PATREM
& Dominũ, Dñm THOMAM tituli Sancti Martini
in montibus. S. S. Romanæ eccleſiæ preſbiterum
Cardinalẽ Strigonienſem, Patriarchã Conſtanti/
nopolitanum ac Apoſtolicæ ſedis a Latere Le/
gatum. Lodouici Reſtionis Vordingani ora/
tio, in congratulatiõe aduentus ſui Viẽnæ
nomĩe florẽtiſs. uniuerſitatis habita.

NIHIL ERAT AMPLIVS OPTANDVM mihi,
Reuerendiſſimẽ pater atq; illuſtriſſime princeps, Si tu/
as laudes digna ac eis ipſis pari oratiõe referre, & ampliſ
ſimas uirtutes ueris præconiis extollere, teq; omnino q̃lis
es omnibus palã oſtendere (Quod tamẽ ipſa uirtus lon/
ge rectius facit) ac demũ obſeruantiſſimum & ob felicẽ
aduentũ tuum lætiſſimũ animum principis ac moderato/
ris noſtri declarare, conceſſum eſſet. Sed uereor profecto
ne huic tantæ prouinciæ non multo ſim inferior, ac ne ni/
miũ uero de me dici queat? Quum ea
eiuſmodi ſint quæ uix quiſq̃ exprimat, nedum ego ut quæ
non humilis aut deſidis ingenii, ſed cõtitatiſſimi, nõ medi/
ocris dicẽdi copiæ, ſed affluentiſſimæ, non parum exerci
tatũ, ſed ad omne dicendi genus longiſimo exercitio aſſue
factũ oratorem deſiderent. Qui etſi multa copioſe de tu/
is laudibus & feliciter diſſeret plura tñ ſupſutura uideo.
Nec enim non eſt eiuſmodi res qua q̃ſpiam etiam luxuri/
oſus orator exiguo pedi magnũ calceum inducere queat,
id quod Ageſilaus prudenter reprehendiſſe tradit̃ in uer/
boſiſſimo oratore. At, quãdoquidẽ conandum eſt, digna/
bor forſitan & uenia & beneuolentia ſi me tam ingens ac

impar uiribus onus nō temere uel ambitioſe mihi deſumpſiſſe, ſed patrū conſulto ſed principis noſtri iuſſu (cui nō obtēperare nephas ſit) ſuſcepiſſe conſtiterit, cuius rei nemo melior teſtis eo ipſo. Quod cū ita ſit & ego iā ex placatiſſimo uultu tuo ſereniſſime princeps fauorē mihi certo pollicear, operepreciū eſt (ne

iure appellari poſſim) rem omnem ſi minus, qualem rei dignitas expoſtularet, ipſeq; ſūmopere deſiderarē. at certe quali propter ingenii exiguitatē licebit oratione. Quamuis em̄ triplices illæ dotes quas aſſerunt Peripatetici, quæ tibi q̄ abunde largitæ ſunt tā ſeorſum ſingulæ ēt in longiſſimas oratiōes ſufficerent, ego ita temperabo ut neq; ſingula ſuperſticioſe cōglutinaſſe, neq; plura per ignauiam pretermiſiſſe iudicari poſſim, Quippe cum primū de fortunæ dein corporis ac demū animi, unde tua ampliſſima laus, qualiſq; ſis intus & ex cute apparebit, dixero, extremūq; animos noſtros & ex felici aduentu tuo gaudium oſtendero, finem dicēdi faciā. Et fortunæ quidē bona, qualia diuitiæ/honores/dignitates/& id gen9 cōplura, tametſi uiro ſapiēti ac optimo magis deſpectui haberi debeāt, utpote lubrica & ad breue admodum tēporis momentū duratura, attamen eiuſmodi ut ad uirtutem plurimū momenti habeant, & abſq; iis non facile egregii quippiā patraueris ac dignū laude. Nam dum nihil habueris non magnum nomen, uel ex liberalitate, uel ex temperantia, uel ex magnificentia cōſequeris, dum priuatus fueris nunq̄ tua magnanimitas, uel manſuetudo, humanitas, comitaſue cōmendabitur. Sunt tamen eatenus amplexāda quatenus uirtuti non officiant, quando plerūq; uſuueniat ut cupidius inhiantes uirtutis obliuiſcamur, & tamen na

tura ita ſit inſtitutum, ut ea uirtutem premia ſequantur nunq̃ contra. Id quod in te Reuerendiſſime pater ac illu/ſtriſſime princeps aperto perſpicere licet. Nã ſi quis cõſi/deret tuas opes & dignitatis culmina, ac honores tuæ amplitudini ſemper & ſumma quidem reuerentia impenſos, tuas hæc uirtutes meruiſſe non poterit inficias ire. Quis etenim ſacratiſſimo capiti tuo tantã thyaram ĩpoſuiſſet? quis ad ſplendidiſſimũ cardineum decus euexiſſet? quis tẽ Bizantii patrũ principem eſſe iuſſiſſet? quis ſummi pontificis uices apd̃ nos obtinere, ac diuinos theſauros aperire, quis deniq; ad id faſtigii aſcendere, ut iam fere nihil ultra ſit quo tendas, niſi hæc præſtantiſſimis uirtutibus tuis debita fuiſſent, & iuſte quidem ne ſcilicet tam generoſo ſpiritui, tã egregiis cogitatibus, tam pulchris conatibus facultas deeſſet. Quãuis his uteris nõ ad uiles uſus ſed ad excitandos ad uirtutem & optima quæq; ſtudia, & prouehendos ad maximas dignitates, omnes in quibus aliquod probitatis ac uirtutis inditium perſpectũ habeas, cuius tãtæ tuæ beneuolentiæ humanitatis ac munificentiæ non ſolũ in doctos omnes uerum etiã in litterarum cupidos teſtes ſunt, tot præſtantiſſimi uiri & uirtute & omni eruditionis genere quos in tua tam magnifica familia & amplis & honeſtis cõditionibus habes, teſtes ſunt tot egregii adoleſcẽtes qui uel domi, uel Cracouiæ, uel hic, uel in Italia tuis auſpitiis, tuoq; ductu omnifariã ſtudiis operam nauant. Non uteris his ad extruẽdas per oſtentationẽ magnificas arces æreaſq; turres, ſed ad ꝓfliganda ĩfeſtiſſima & Chriſtianũ ſanguinem ſitientia Turcarũ arma, Quibus retundendis & a noſtris finibus repellẽdis proprium ac limitãneũ exercitum ſine intermiſſione in armis habes. Non utẽ

ris his ad dilaniandam patriã, ſed ad eripiendas e Luporũ faucibus chriſtianorũ terras, Chriſtoq; reſtituẽdas, ſed ad recuperandum Bizantium tuũ, id quod certo apud te ꝓpoſitum & conſtitutũ eſt, id quod die noctuq; meditaris, id q̃d uelis & equis ut aiunt niteris, id quo nihil pulchrius, nihil præclarius, nihil excellẽtius. atq; utinam in tã felicia tempora nos incidiſſe diuina beneuolentia datũ ſit. O memoranda pietas o principem dignum, qui Cumea ſæcula uiuat. Perge quo cœpiſti illuſtriſſime princeps, uerte in tuam pientiſſimam ſententiã tuis ſapientiſſimis cõſiliis inuictiſſimũ Imperatorem noſtrum MAXIMILIANVM, fortiſſimos reges, reliquoſq; noſtræ religionis ſtrenuiſsĩos principes, quos tamen ad rem tam neceſſariam, tã honeſtam, tam utilem, qua ſunt pietate erga deum opt. max. ac patriam, ſi cætera cõpoſita ſint, ultro accinctos fore nemo debet ambigere. Rebus igitur ueſtris compoſitis ite o iuſtiſſimi & inuictiſſimi principes felicibus auſpiciis, addite ueſtris prioribus laudibus hanc tam præclarã & nunq̃ intermorituram gloriã, Deus opt. max. qui ſuis nunq̃ defuit res ueſtras ſecũdabit. uobis ſe cõtra ſanguinarios ſui egregii hoſtes & ducẽ & imperatorẽ præbebit, quo præeunte nihil perperã agetur, nihil aduerſum accidet. Nos uero optĩe maxime Iupiter, te pro hoc noſtro pientiſſimo principe id unum ſuplicibus precibus oramus.

Non prius ad ſuperos redeat fortiſſimus heros
    Quam reparet aram ſancta Sophia tuam.
Offerat & uictor tibi nati maxima ſacra
    Exornetq; aras lumine, thure, ſacras.
Quæ modo, pro facinus, inhoneſtus ſeruit ad uſus,
    Tum ſibi perpetuum ſtet ſine labe decus.

Deſinant itaq; iam indignari qui hominũ ſortes ſcrupulo/
ſius perueſtigant te illuſtriſſime princeps ſibi tanto digni/
tatis interuallo præferri, quũ tam lõge ſit generoſius ab
humili loco per uirtutis gradus (cui nihil præcluſum eſt)
ignobilitatis nube diſcuſſa, ad ſummũ nobilitatis culmen
tẽdere, ſeq; uirtute ueluti face prælata uniuerſo orbi oſtẽ/
dere, quam præclare naſci, & ab atauis etiã ſtẽmata dedu
cere, at ea ipſa ſcelere & ignauia obfuſcare, ac nullũ gene/
roſitatis ueſtigium relinquere. Poſſem utriuſq; cõplures
enumerare niſi tempus ultra unũ alterũq; nõ admitteret.
Quid humiliꝰ dauidis ouibus, quas ipſe paterq; pauere?
quid excellẽtius rurſum eius regno? quod tãta ſapientia,
tanta morũ ſanctitudine tenuit, ut deinceps nullus niſi ex
Dauidis progenie uerus rex exiſtimaretur. Quid? nonne
Sixtus quartus patre Remige natus? nõne Nicolai quin/
ti mater oua & pullos uẽdidit? nonne ambo ad ſummi Põ
tificatus apicem, doctrina & uirtute deſcenderunt? cœliq;
claues maxima laude & fama tenuerunt. Cæterũ qd Mo
ſis gloria, uel bello, uel pace clarius? at is Gerſam & Elie/
zer filios ꝙ nihil ingenii, nullũ uirtutis indicium, nihil peni
tus paternũ præſeferrẽt in ſacerdotii ſucceſſione præteri
it, ſed hæc hactenus. Inter corporis bona proſpera uale/
tudo, ſenſuũ integritas, membrorũ agilitas, ingenii prom/
ptitudo, robur corporis, elegantia formæ, præcipua ſunt
quæ & ipſa talia uidẽt ut ſi adſint ad felicitatem huma/
nam referant plurimum, ſin abſint non mdiocriter impe/
diant. Neq; enim ualetudinarius & aſſiduitate morborũ
exhauſtus pro deorũ honore patria uel parentibus ſtren
ue puugnabit unq̃, aut egregiuu facinus obibit, neq; ſur
dus mutuſue ius ſuũ cuiq; tribuet, deq; rebus prudenter

conſultabit, neq; uſq̃ facilis aut urbanus apparebit, neq;
unq̃ uerum & amicitiam conſtanter tueri dicetur, A tta/
mẽ couſq; colenda curandaq; & qui perpetuam laudem
apud poſteros demereri uelit, ne quid eis impendat quod
ad animi cultum pertineat. Id quod tu Reuerendiſſime
pater ac illuſtriſſime princeps perq̃, egregie facis, nam li
cet ea omnia fœcunda & indulgentiſſima parens natura
tibi affatim largita ſit, quod in tuo tã uenerabili ſenio non
obſcure patet, tu tamẽ paruifactis ut & caducis & breui
interituris, & quæ innumeros a uirtutis tramite præcipi/
tes egerint agantq; quottidie, ad ea toto pectore niteris,
ea aſſidue meditaris, quæ nullo caſu ruitura, nulla ruina
caſura ſint, quæ te immortalem ac perpetua gloria cele/
brem reddere poſſint, atq; ipſis cœli ciuibus iungere. Cu/
iuſmodi ſũt pulcherrimæ animi dotes quibus tu Illuſtriſs.
adeo præcellis ut cum omni antiquitate feliciter certare
queas? Hanc enim ſi emiſſicius inſpiciamus, ĩueniemus q/
dem, qui uirtute præſtiterint quoſdam, ſed qui uitiis abũ
dauerint quãplurimos. Quid enim Sardanapali molliciẽ
ſpurciſſimoſq; mores cõmemorem, aut Alexandri Mace
donis pernicioſam ebrietatem, Sinorigis nephariã libidi/
nem. Neronis, Antonii aliorumq; perditiſſimum luxum?
quum hi omnes a tuo temperatiſſimo animo pientiſſime
princeps tam ſint alieni, q̃ ipſi a præſtãtiſſima uirtute de/
generarint. Taceo Cæſaris ad Rubiconem audaciã. Ale/
xandri ad Sudracarum oppidum, taceo Xerxis imperio/
ſiſſimi ignauam timiditatem, Darei etiam & Pauſaniæ in
Aſia effœminatam molliciem, cũ te inuictiſſime princeps
pro tuenda patria & Chriſtianæ reipublicæ et contra ſan
guiſicientes dei optimi max. ob Chriſtiani nominis hoſtes

nulla arma deterrere, nullus luxus/nullæ diuitiæ, nullæ uoluptates auertere quæant, temere aliquid contra imme rentes conari nemo cõpellere. Nouimus quoſdã ueterum bona ſua perditiſſime ꝓdegiſſe qualiter Ariſtippus, The miſtocles, & adoleſcens Fabius Maximus rurſũ non pau cos diuitiis adeo ihiaſſe ut nihil præterea penſi habuerit, qualiter Dioniſius Mydas. M. Craſſus. Aquilius & alii, tu contra R. P. & inclytiſs. princeps nihil antiquius ducis q̃ tuos omẽs alienos etiã quos dignos noſti opibus iuuare, & ad ampliorẽ honeſtioremq; fortunã extollere, q̃ omẽs tibi tua feliciſſima liberalitate ꝑpetua, uel obſeruãtia, uel aĩcitia deuincire. nõ ignarus lõge præcioſiores eſſe theſau ros q in hominũ beneuolentia, q̃ qui domi ampliſsimis & munitiſſimis arcis ſint ſepulti. Quid referã inſolentiã & ſuperbiã maiorũ quæ nimirũ Romanis regibus exiliũ in/ dixit, Grachos & Catilinã turpiſsimo genere mortis affe cit, Hannibalẽ, Saporẽ, Tamburlanũ barbaros & ſuis & alienis odioſiſſimos reddidit, quid eñi ſupbia et inſolentia in principe, odioſius magiſq; culpandũ? An uero qſpiam dubitat te R. P. magnanĩeq; ĩmo uero maximanime prin ceps nullo unq̃ ſucceſsu rerũ honore, aut dignitate elatio rẽ factum nulla unq̃ fortunæ acerbitate eſse deiectũ. Hic ego nõ ſine piaculo præterierim tui nobiliſs. ingenii cãdo/ rẽ, quo tibi nullo dehoneſtamẽto ducis oẽs tibi ſanguinis neceſsitate iunctos & ingenue agnoſcere & humaniter, ac amice tractare & aliis etiã per gloriã oſtẽdere id quod eo magis in te mirandũ eſt, ꝙ pleriq; quos ceca fortuna pau lo altius ex infima ſorde euexerit, ſuos non ſolũ faſtidiunt, ac præſe contẽnunt, ſed ne agnoſcunt qdem. Sed hæc tua ſingularis modeſtia te docuit, quæ oẽm fortunã trãquilla

fronte ſuſcipit & nihil ultra uires appetit & te nullo peni-
tus ſucceſſu inſoleſcere patiẽ, ac uereor ne iã etiã mihi ſuc
cẽſeat ꝙ fortaſſis uerboſior uidear q̃ par ſit, quũ tu R. P.
tuas uериſsimas laudes nõ niſi parciſſime audire uelis, ſed
abſit indignatio uero, quando ea loquor quæ ex integerri
mis uiris uero cõperta habeã, Qua crudelitate Maximi-
anus, Nero, Domicianus, Diocletianus, deſeuierint nemo
neſcit, Nota eſt truculentia Macrini qui ob id Macellinus
dictus eſt Auidii, Caſsii, Sergii, L. Sillæ, Vedii Pollionis
Comodi propterea gladiator appellati, atq; illa nepha-
ria M. Antonii & Fuluiæ in ſacroſanctũ Ciceronis caput
immanitas. Tu uero clementiſſime princeps ab hac teter
rima peſte tantũ abes quantũ Nilus a Tanai & Gades a
Gange & plane quod aiunt ſiquidem
non es neſcius principũ nimiam crudelitatẽ & ſeuitiam ne
ceſſario, & quaſi quodã naturæ inſtituto ſequi odiũ ſubdi
torũ, ultionem etiã plerumq;. Affabilitatẽ taceo quã om
nibus te adeuntibus oſtendis & mirã quandam in omniũ
cauſis audiẽdis & in expediendis celeritatẽ, ꝙ nemo triſtis
a tuo ſereniſſimo uultu diſcedat, comitatẽ & cũ optimo
quoq; honeſtiſſimã amicitiã libens prudẽſq; prætereo, ne
nimiũ protrahaẽ oratio. De Veritate & integra fide pau
ca, quæ uirtus ut eſt præſtãtiſſima ita etiã admodũ rara,
Nam plerũq; maiora prædicamus q̃ egerimus, nobiſq; ea
arrogamus quæ longe ſint ſupra nos, quo uitio notus eſt,
Varius, Antonius, Metellꝰ, Sophia, Auguſta, Salmoneꝰ
& ali, tu uero illuſtriſſime princeps nihil enixius niteris,
q̃ ea factis palam facere, quæ uerbis ſis pollicitus, etiã ho
ſtibus ſeruare, quæ res tantã laudẽ parit, quantũ dedecus
uiolentia iuſticiæ illata, quod eo minus ferẽdum eſt, quo

G 2

hæc pulcherrima uirtus reliquas oẽs fideli⁹ rectiuſq; ſinu complectitur, nam qcquid uel domi uel foris egerimus ni ſacroſãctæ iuſticiæ tẽperamenta adhibuerimus eãq; ſem/per ante oculos poſuerimus, in qua ueluti quodã lucidiſſi/mo ſpeculo actiones nr̃as conſideremus libremuſq;, parũ erit quod inde laudis nobis paret̃. Neq; eni fortis neq; tẽ/perans, neq; liberalis, neq; magnanimus, neq; uerax quiſq̃ mihi recte dicetur, niſi idem ſit & iuſtus & æqtatis cultor, quã in omni hominũ cõmertio ſeruare neceſſe eſt, ſiquidẽ res durare uelint. Hanc aũt tu R. P. ac illuſtris princeps q̃ diligenter & colas & obſerues, & ne tranſuerſum quidẽ unguem ab eius præſcripto diſcedas, clarius eſt q̃ q; orati one mea prolixius perſequi debeat, cũ iuſticia nulli pror/ſus, neq; ſis, neq; habearis ſecũdus. Sicuti neq; prudentia neq; religione, qbus adeo oĩbus antecellis, ut omnia Hun gariæ negotia, uel in pace, nel in armis, ex tuis ſapientiſſi/mis conſiliis pendere uideant̃. & diuina miniſteria pagens (peragis autẽ ea & ſæpe & ſũma interioris hominis uolu ptate) quoddã numẽ credaris, quaſq; multo rectius tacu/erim q̃ laudauerim frigide, nã dies me prius deficiat q̃ de eis digne ſatiſq; dixerim, Ergo iã tandẽ uela contracturus reliquũ eſt oſtendam principi ac gubernatori noſtro circũ ſpectiſſimo aliiſq; noſtræ reip. optimatibus, nobiſq; om/nibus nihil potuiſſe neq; gratius neq; iucundius neq; exo/patius euenire tuo etiã, & felici & ſaluo aduentu id quod ex eo, & creditu, & cognitu facillimũ, q; q̃primũ, licet in/certo rumore, increbuerit te R. P. ad nos aduenturũ illico ſit actum in eorũ grauiſſimo ſenatu ſũma cũ læticia plau ſu & congratulatione quonã pacto ſuũ ingens gaudium declararent & de conſtituendo qui tibi Illuſtriſs, princeps

coram exponeret, atq; utinã hæc prouincia ei ceſſiſſet quĩ id digne & copioſe facere noſtroſq; animos omnino quãta ſunt lætitia pfuſi ſub conſpectũ educere potuiſſet. quos tamen non tã ex oratione mea quã ex noſtro frequenti cõuentu & animaduertere & iudicare debes. Itaq; eos ipſos noſtræ reipub. primores atq; hunc ornatiſs. ſtudioſorum cœtum, noſtrãq; uniuerſam rem litterariã et me exiguum homũculum ac poſtremũ tibi clementiſſime princeps q̃ humillime etiã atq; etiam cõmendo dedo ac deuoueo, tuamq; clementiã rogo, oro & obſecro ut noſtri ſemper memor in patentiſſimo clementiæ tuæ ſinu nos protegas foueas atq; ubicũq; & nos indiguerimus & tu potueris adiuues, poteris autẽ ubiq;. Tum ex noſtro florẽtiſſimo Gymnaſio tanq̃ ex equo troiano philoſophos q rerũ abditas cauſas ſcrutent̃. Medicos laborantiũ ſaluberrima confugia. Iuriſconſultos reorũ tutiſſima præſidia. Oratores & Poetas qui tuas aliorumq; heroum laudes & præſtãtiſs. uirtutes, uel libera, uel in ſuos numeros redacta oratione, interire nunq̃ ſint paſſuri. ſanctiſſimoſq; Theologos ſacratiſſimæ religionis, ac fidei noſtræ fortiſſima propugnacula ubertim prouenturos non dubito.)

Ad eundem R.P. Syluula.

Salue perpetuum patriæ decus atq; perenne
  Eccleſeæ robur pontificumq; decus.
Eccleſiæ robur ſed quo non firmius ullum
  Suſtinet hanc molem fert fideiq; iugum.
Quo uiuo incolumi non eſt quod terreat uſquam
  Chriſtigenum fines concutiatq; fidem.

Hinc merito ſceptrum tibi ſummus Iuppiter illud
Culmina & eccleſiæ ſcandere ſumma dedit.
Inde ſacro fulget tibi a uertice tanta thyara,
Inde nitet manibus plurima gemma tuis.
Inde ſacrum corpus tam diues condit amictus
Siue uelis ſeris ſiue aliunde uelis.
Inde præit crux alma oculos crux inclyta Chriſti
Qua duce nil metuens iuſtus in arma ruis.
Iuſtus in arma ruis ſceleratos conteris hoſtes
Proq; tuo Chriſto maxima quæq; ſubis.
Ergo non potuit niſi in iſto culmine uirtus
Rectius & ſeſe uimq; probare ſuam.
Non mihi iam, quamuis cupido, preconia laudum
Carmine pertenui, tanta referre datur.
Quiſq; auſit (quamuis ſibi dexter Apollo faueret
Et faueat Pallas Pierideſq; deæ)
Si tu non faueas in tantas tendere laudes?
Audebit ſi quis turpiter inde cadet.
Sed facinus certe non uerſu tollere, quouis
Hi meritos promptas munificaſq; manus.
Quis tu, non ſegnis, decus immortale mereris
Et latum nomen ſpargis in orbe tuum.
Si deus eſt homini, quod tradidit alta uetuſtas,
Quiſq; iuuans hominem, quam deus ipſe bene es
Tu quoſcunq; uides aliqua probitate nitere,
Et quibus ingenium, uitaq; labe carens.
Et quos egregias artes doctiſſima Pallas
Edocuit, uel quos pulcher Apollo fouet.
Et demum quoſcunq; tuo ſcis munere dignos
Non pateris triſtes durus abire pater.

Ergo prius pulchros linquent ſua ſydera cœlos,
  Atꝗ ingens uacuum piſcibus æquor erit,
A lite multiſono mutum cœlumꝗ ſilebit,
  Deſtituet tellus quicquid ubiꝗ uiget.
Quæꝗ riget tellus inimico frigore ſemper
  Excipiet radios ſplendide Phœbe tuos.
Atꝗ rigens Afer de te non pauca queretur
  Aſſuetos ignes percupietꝗ ſuos.
Quæꝗ modo foſſum capiunt Phœbi æquora currum
  Emittent roſeum maxime Phœbe iubar.
Tuꝗ tuo proprio ſpoliatus lumine Phœbe
  Prebebis terræ lumina ſed triuiæ.
Quam tantum intereat princeps mitiſſime nomen
  Quam extinguant laudes horrida fata tuas.
Hæc ego dum ſolus inter penetralia uoluo
  Et miror fortis culmina tanta tuæ.
Nullaꝗ uirtuti rerum diſcrimina ſoli
  Lumina, Fortunæꝗ obſequiumꝗ uagæ.
Incidit ingenuus calor urgendiꝗ cupido,
  Ingenium uirtus non ſine laude dabat.
Sed monuit Phœbus ne quid conarer ineptus
  Turpiter unde foret decidere uſꝗ nephas.
Ergo hoc eccleſiæ decus, accipe fronte ſerena
  Exiguum munus & rude ſumme tamen.
Meꝗ tuo numero clemens aſcribe clientem
  Subꝗ piis alis uſꝗ tuere tuis.
Tum dabimus forſan non faſtidita tuarum
  Laudum, uirtutis & monumenta tuæ.

FINIS.

ORATIO AD REVERENDISSIMũ IN CHRIſto patrem, ac Illuſtriſſimum Principem & Dominũ Dominum MATHEVM ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli ſancti Angeli Cardinalē Gurcenſem, Coadiutorem & Succeſſorem Saliſburgenſem, ac ſacratiſſimæ Cæſareæ maieſtatis locũtenentem &c. In congratulatione aduentus, nomine florentiſſimæ Vniuerſitatis Viennæ Pannoniæ p Sebaſtianum Winderlii inibi collegiatũ Collegii Principis, In frequẽti & magna Procerũ ac lrorum hoim præſentia tumultuarie habita.

Ludouicus Reſtio.

Edocet is princeps cœlum uirtute parari
Et faſces, celeris culmina ſumma deæ.
Et uirtus rurſum docuit, quo tollere poſſit
Si uelit in quenquam robora ferre ſua.
Hoc meus altiloquo Bunderlius ædidit ore
Tu lege qui tendis ſcandere quodq; decus.

REVERENDO & excellentiſſimo uiro, dño Georgio Summer de Cubito, Præpoſito in Volckenmarckt, ac ſacratiſſimæ Cæſareæ maieſtatis & reuerendiſs. dñi Cardinalis Gurcẽſis &c. ſecretario, Sebaſtianus Winderl S.D.

SAtiſfecimus deſiderio tuo hũaniſſime Georgi, & orationẽ quã in aduẽtu illuſtriſſimi principis habuimus in mille exẽplaria trãſfuſã ad te mittimus. In q̃ plane id me ſecutũ cognoſces qđ quodã ægiptiis peculiare i cerimoniis fuiſſe ferũt, q cũ autumarẽt nullũ carmẽ deo ſatis dignũ iueniri poſſe, mutũ quendã et ſine mẽte ſonũ emittebãt, quo ſignificabãt, ſe qdẽ nihil poſſe ſed plurimũ uelle. Ita & ipſe egi q cũ nequaq̃ eã eruditionẽ habeã, ſicuti neq; q́ſq̃ alius, ut reuerendiſs. Cardinalis laudes ꝓ rex dignitate ꝓſeq poſſim (cũ ſint innũere & adeo illuſtres ut illarũ fulgor oĩm oculos præſtrĩgat) hac tñ muta, inculta & ieiuna oratiõẽ manifeſtũ eſſe deſideraui, me, & toto qdẽ aĩo ſi mõ ualuiſſẽ, principis uirtutes (q̃s antea fama, at nũc corã & cognoui, et admiratus ſũ) ornare uoluiſſe, qđ tñ adeo frigide adeoq; oſcitãter a me factũ uideo, ut nullo pacto edere eam nobis in aĩo fuerit, & eo qdẽ minus, ꝙ mecũ cõſtitueri dũ maior ætas, maiorq; rex cognitio aderit, id, qđ iã exſentẽtia nr̃a minus ceſſit, alia & copioſiore uia attẽtare. ſed cũ, tuo hortamĩe tuoq; ductu diuulgare, tandẽ auſi ſim⁹, eandẽ interea ueluti futurorũ nr̃ox labox indicẽ & prægustamentũ quoddã, tuæ reuerẽde dñatiõi offerimus & dedicam⁹, ea ſpe ut cũ ſuapte nihil laude dignũ habeat, aliq̃tulũ tñ fauoris, tũ illuſtriſs. principis, apđ quẽ te tuæ uitæ ĩtegritas & merita gratioſũ fecere, tũ aliox hoĩm q tui noĩs ſũt ſtudioſi & amantes, tãq̃ tuæ rei tuoq; mũeri accedet. Vale. & me quemadmodũ cœpiſti ama.

H

SI non ſatis, & ut ipſe flagrantiſſimo pectore uel/
lim, & mihi ab hoc litterario ordine demanda/
tum eſt, ſi non ſatis inq̃, deſideratiſſimo tuo iu/
cũdiſſimoq; aduẽtui cõgratulabor MATHEE princeps
illuſtriſſime. Id nequaq̃ iſtorũ anis, ſed rei magnitudini &
impari ad ſuſceptã ꝓuinciam ingenio meo tribuendũ erit.
Vix etenĩ de tua ad nos acceſſione fama uenerat, tã ingẽs
ſubito, tamq; iſueta lætitia uniuerſum gymnaſiũ inceſſit,
ut ego nequaquam induci poſſim, quenquam uel ex ſum/
mis oratoribus inuentum iri, cui ea uis ingenii ſit, tam mel
lita facũdia, tantũ dicendi flumẽ, q ſua oratione q̃tumuis
& copioſa & ornata hoc noſtrũ incredibile gaudium uel
ex minima parte recenſere queat. Neq; enim credo, fuiſſe
unquam alicuius mortalis præſentiã, apud ſuos, qua tua
nobis ſit, acceptiorẽ. Scimus equidem, quo plauſu Ro/
mani Marcum Catonem quom ex Cypro regia aduecta
pecunia rediiſſet, exceperint. Nouimus item, quo, multos
alios, ſed fuit illorum gaudium noſtro ex nulla parte con/
ferendũ. Vidiſſes tu Reuerẽdiſſime antiſtes, ſi tibi per hos
dies centũ lumina, ueluti quondam Argo fuiſſent, me ni/
hil ficti, nihil quod aſſentationem præſeferat, iam afferre
quom nullus locus, ſeceſſus nullus, nulla hominum con/
uentio fuit, ubi non cum maxima alacritate de tuo aduen
tu, de tuis ſummis & præſtantiſſimis laudibus diſſertatũ
fuiſſet, ut nulli obſcurũ relinqueret, quanto gaudio te ex/
pectauerimus, quãto excipiamus, quãtoq; præſens te nu
men noſtrũ colamus & ueneremur. Ad eã in te obſeruan/
tiã, fidem, pietatẽq; tua ſplendidiſſima animi fortunæ cor
poriſq; bona nos impellunt, quæ adeo conſpicua, adeoq;
amabilia in te exiſtunt, ut ueluti quidã Magnes omnium

amorẽ ad te trahere uidearis, itã uero cumulatim in te ſita ut ſine controuerſia reliquorũ mortaliũ cõditionem pinde ſuperaueris, ueluti inter ſtellas fulget luna minores. Volo ego in tuis laudibus recenſendis, trãſire ſimul cũ ornatiſſima familia, famigeratiſſimam patriã Auguſtam & uetuſtate & cæterarũ rerum cultu laudatiſſimam. Sed quæ te unico nato terq; quaterq; beata iure putari debet. Præteribo quoq; cũ aliis multis bonis, corporis proceritatẽ, & quandã diuinam in tuo uultu maieſtatẽ, ꝙ neq; ad hæc referenda tempus conſentaneũ habeam, neq; in te commendando, oratori in iiſdem immorandũ putem, quom tu ea, pro animi tui magnitudine tanq̃ caduca & tranſitoria nõ magni pendas, & nequaq̃ in eoꝝ numero ſis quibus dumtaxat ex his fluxis muneribus & ſuorũ maiorum præſtantia ſplendor inſit, ſed habes tu excellentiora quædã & tibi propria & perpetua, quibus ad hoc dignitatis culmen in quo tanquã quoddam ſublime & lucentiſſimum ſydus reſplendes, tete extuliſti, gloriãq; quæ apud nullam poſteritatẽ ſit interitura, tu tuis uirtutibus, laboribus tuis, tuis ſtudiis, uita tua probatiſſima tibi cõparaſti. Credo equidẽ tibi ad huc pueruio intra penetralia pectoris Criſpi Saluſtii ſententiam illam inſediſſe, formæ & diuitiarũ gloriam fluxam eſſe, uirtutis uero æternã haberi, quæ tibi ueluti quendã ſtimulũ adhibuit, ut ad ſtabilia & optima quæq; cõtenderes, neq; tuo conamine fruſtratus es, quom ita exuberanter qcquid uirtutis paſſim eſt, ſis conſecutus, ut iã in orationis curſu ſubdubitem, a qua mihi ſit auſpicandũ & quæ cui potiſſimũ ſit præferenda. Laudanda qppe in te eſſet bonitas, mãſuetudo, clementia, fides, conſtantia, æquitas, relligio, temperãtia, modeſtia, affabilitas, comi-

mitas, integritas, uitæ ſanctimonia, admiranda in omnifa/
riis literis eruditio, & id genus innumeræ aliæ, ſed quom
quæuis ſuam orationẽ deſideret, ego pro temporis oppor
tunitate, eas dumtaxat & qdem paucis attingam, quæ in
principe illuſtriores habent. Quaꝝ præcipua hauddubie
Iuſticia eſt, uirtus, ut Euripides aiebat. & ab aliis identidẽ
repetitũ eſt, omniũ præſtantiſſima, ut neq; heſperus, neq;
lucifer tanto ſplendore refulgeat, rara qdem inter morta
les, ſed tãto in tua celſitudine micãtior apparet, & eo qdẽ
modo, ut ſi qs illius imaginẽ contueri uelit, in te ad unguẽ
expreſſã agnoſcat. Conſueuere namq; maiores noſtri pru
dentiſſimi, ut Criſippus refert, illam pingere, forma atq;
filo uirginali, aſpectu uehemẽti & formidabili, luminibus
oculorũ acribus, neq; humilis neq; atrocis, ſed reuerendæ
cuiuſdã triſtitiæ dignitate, quo ſignificarẽt, iuſtitiæ antiſti
tes maxĩe eſſe debere graues, ſanctos, ſeueros, ĩcorruptos
inadulabiles, ĩprobis & nocẽtibus ĩexorabiles, inſontibus
uero pios tutores defẽſoreſq;, quæ tu qdem omnia in agẽ/
dis rebus, ita adamuſſim præſtas q̃ ne tranſuerſum qdem
(ut aiũt) digitum diſcedas. in quo, ſi cæteri quoq; reꝝ pub
licarũ moderatores, te iuſtitiæ et amatorẽ & exemplar ſe
querentur, multo cõſtantius æquabiliuſq; res hũanæ ſeſe
haberẽt. Cũ hac ſplẽdidiſſima & oĩm uirtutũ regina libe/
ralitatẽ coniungis, præcipuũ qdẽ in prĩcipibus decoramẽ
tum, & quo unico ab aliis mortalibus imprimis differre ui
dent, q̃ facultatẽ cæteros ſua beneficẽtia demerẽdi habe
ant. Ideoq; Syracuſanũ Dioniſiũ ſeniorẽ egre tuliſſe ferũt
q̃ ablata a ſe munera Corinthiorũ legati accipere recuſa
rint, perinde ſi ſibi iam uia præcluſa eſſet, eo bono uti, quo
prĩcipes reliqs feliciores habẽt. Cui & hoc laudi datũ eſt

ꝙ cum aliq̃do ad filiũ acceſſiſſet, uidiſſetq; penes illũ ma/
gnã auri & argenti copiam, proh fili inqt pater, inte certe
regius aut principe dign9 aĩus nequaq̃ apparet, quom ex
tanto reꝝ theſauro nondum aliquẽ tibi amicũ paraueris.
Sapiẽter id qdẽ & grauiter dictũ, nam quo pacto is prin
cipẽ agit, cui aĩus adeo abiectus eſt, ut in ſola diuitiarũ cu
mulatione, qbus tanq̃ ſeruis & pecorib9 utendũ eſt, felici
tatẽ ſitã putet. Tota uia is errat, & a ſuo officio tm̃ abeſt,
q̃tum Hypanis Veneto diſſidet Eridano, quom ſatis ma/
gnatibus ſit ꝙ aliis præſintꝙ, imperẽt, ꝙ, honorent̃; aurũ
uero & argentũ, ne Mide ſimiles inueniãt̃, q̃ liberaliſſime
expendere debẽt. Scitum eſt illud Ariſtonimi in hiſtoria,
quo illiberalis & auari uita pollincture id eſt cenæ mortui
cõparat̃, in qua quom cætera adſint lætitia deeſt. Poſſim
ego memorare multos mortales alioqn rebus geſtis nõ ig
nobiles, ſed qbus deteſtandũ auaritiæ uitiũ ꝑpetuas tene/
bras iniecit, contra uero non paucos q ſua liberalitate, iter
ſibi ad perpetuã gloriã ſtruxere, ſed omitto illos ꝙ mihi i
aĩm & obiter quidẽ uenit diuus MAXIMILIANVS, in
cuius noĩe omnes principes, reges, cæſares quotquot unq̃
fuere tacẽdos puto, ꝙ hos quocũq; laudũ genere uel is in/
cõpabiliter ſuparit, niſi quiſq̃ ita deſipiat ut uelit noctuæ
aquilã conferre, & more Vergiliani paſtoris Titiri agere,
qui canibus catulos, q matribus hedos, q paruis cõponere
magna ſolebat. In mẽte inq̃ uenit is mihi munificẽtiſſimus
Cæſar q uel ſola illa uirtute, de cæteris iam taceo, qbus nõ
miri9 meruit, ꝑpetuam & immortalẽ gloriã ſibi iamdudũ
parauit. Inde mihi perſuadeo, ut quemadmodũ in aliis ita
& in hac laudis præſtãtia liberaliſſimũ impatorẽ æmule/
ris. Habes tu qdem illuſtriſſime princeps nõ paucos tuæ

liberalitatis teſtes & buccinatores, quos honorib9, diuitiis & dignitatibus honeſtati, nullũ etenĩ miſſum facis, in quo uel probitatis uel uirtutis lumen aliquod appareat, quem non tua munificẽtia tibi deuincires, ut ego oĩno æſtimem. de te illud prouerbium quã rectiſſime dici, hominẽ homini deum eſſe, quom tu paſſim hominibus benefaciẽdo (ut ſoles) quã proxime ad diuinitatẽ accedis. Sed nũc ad Prudẽtiam (quã reliquarũ ducẽ aiunt) ueniam9, quæ in te plus q̃ aliquo mortalium emicat, bene qdem, nam quom oĩs homines deceat, principibus tñ peculiaris eſſe debet, q̃ duce tu nihil inſipienter, nihil temere, nihil improuide agis, ſed mira quadã præſentiũ & futurorũ cõiectura, reꝝ euentũ, ueluti quoddã diuinũ in terris oraculũ præſentis, & oĩa ita prudẽtiſſĩe diſponis, ut nihil qđ ad hãc uirtutẽ attinet, repræhẽſibile in te inueniatˀ. Ad hoc accidit tua admirãda eruditio & eloquẽtia ſumma, quæ q̃dam affinitate cũ prudẽtia iunguntˀ, ea inq̃ eloquẽtia, quæ nimirũ oĩes uires in te unico cõgeſſit, qs etenĩ dii boni dicendo te ſuauiorˀ quis facundiorˀ qs grauiorˀ quis unq̃ ſuadendo copioſiorˀ q̃tũ tu ĩ hac re præſtes, audiuere Hiſpani, Britanni, Galli, Germani, Itali, Dalmatæ, Illirii, Pannonii, Sarmatæ, audiuit inq̃ totus orbis, cũ ea qdem admiratione, ut quoties apud illas natiões, tua facũdia (quæ ueluti ex quodã uberrimo fonte ſcatet) intonares, manifeſte deinde prædicarẽt ſe alterũ Neſtorẽ audiiſſe, in quo Homerus hiſtoriarũ & rerũ uarietate refertiſſimus, eloquentiã ſupra omnẽ humani ingenii aleã fuiſſe ait. O quoties tu diſertiſſime prĩceps, tua beatiſſima facundia, duriſſima hoĩm pectora ueluti quõdam Orpheus in tuã ſententiam traxiſti, quot diſcordiasˀ quot prĩcipũ odiaˀ quot ſimultatesˀ quot præſẽtiaˀ quot

ſtatim futura bella:quæ in graue͂ chriſtianæ rei iacturã re dundaſſent,diremiſti,Tu,oraculo Apollinis id uerius eſſe declaras,quod a Cicerone quondã uſurpatũ eſt,cædãt ar ma togæ,cõcedat laurea linguæ,quom conſultando,tum priuatis tum publicis in rebus,plus pro patria,ꝑ liberta te,pro Romani imperii incremento,pro religione amplifi canda pugnaſti,q̃ alius quiſquam mille prælbis uulnerib9 mille ppeſſis.Neq; enĩ illi ſolũ militãt ut ab impatoribus Leone & Antonio cõfirmatũ eſt,q gladiis,clipeis,thoraci bus nitunt̃,ſed hi quoq; & qdem dexteri9,qui glorioſe uo cis muniminẽ conſili,laborãtiũ ſpẽ,uitã & poſteros quoq; defendũt,At lõgũ foret & in imenſũ op9 oro excurreret, ſi omnia quæ ad hãc tuã laudẽ attinẽt referre uelim.Neq; admittũt aliæ quoq; in te uirtutes ornatiſſime,quæ quaſi quodã iure efflagitare uident̃,ne in tuo nomĩe celebrando eas prætereã,ꝙ fortunæ tuæ & incremento tuo a teneris (ut aiunt unguiculis)ſemp affuiſſent,& ante alias,aĩo ob uerſat̃,tua incredibilis humanitas & manſuetudo quã in omnes homĩes ſummates & infimates ſemper præſtitiſti Iamq; eo amplius,quo maiore ſtatu & excellẽtiore digni tate præditus ſies,id quod tanto glorioſius in te eſſe duci mus,ꝙ paucos uidere liceat,qui non ſimul cũ fortuna mo res quoq; cõmutent,aditus eſt ad te oĩbus facillim9,qd̃ in pricipe laudatiſſimũ eſt,ſumma in te & appellãdo & re ſpondendo benignitas,nec minor excipiẽdo dimittẽdoq;. Sed qd plura:qui ſummã tuarũ laudũ,uirtutũ,& præco niorũ uelit(quom ſit difficile omnia mẽbratim perſequi) inde colligat diiudicetq;,ꝙ null9 nec noſtro,nec ſuperiore ullo ſæculo uixerit,qui utrũq; mundi pricipẽ,Pontificem Romanum & Cæſarẽ Auguſtiſſimũ,ita atq; tu,ſola uitæ

rectitudine demeritus ſit. Sciunt id omnes, neq; etiã in ci/meriis tenebris uerſanté, quenq̃ latere poteſt, qua bñuolẽtia, quo amore te Cæſar noſter ſacratiſſimus proſequatur qui nihil unq̃ arduũ quicq̃ meditat᷒, nihil cogitat, nihil at/tẽtat, niſi te ueluti altero Achate adhibito. Atq hoc fieri nõ poſſit, ut Cæſar in omni uirtutũ genere inſtructiſſimus te tãta charitate complecteret᷒, niſi iamdudũ in te ſummã innocentiam, integritatẽ ſummã, ſummã fidẽ & ingenium (ut paucis multa cõpræhendã) ſuæ maieſtatis ſimillimũ pſpexiſſet. Nihil eteni uerius eſt q̃ ſimilitudinẽ morũ ami/citiã & animorũ cõiunctionẽ efficere, qđ apud M. Tulliũ Cato uſurpãs Pares inqt cũ paribus, ut eſt in ueteri puer/bio, facillie cõgregant᷒. Qua re quoq; effectũ eſt ut in ſũ/mũ amorem duorũ deinceps pontificum Iulii & Leonis to tiuſq; reuerẽdiſſimi cardinaliũ coetus incideres, qui quom partim fama, parti uero ex frequẽti legatione, ad tractan da Chriſtianæ religionis negotia animũ tuũ abſolutiſſimũ cognouiſſẽt, nõ deſtitere prius, q̃ tu, nihil qdẽ tale cogitãs, ad ipſorũ ordinem ſacratiſſimũ adſcribereris, ut qui uitæ integritate apoſtolorũ diſciplinã ſemp & conſtantiſſime qdẽ ſecutus fores aliquãdo & illoꝝ dignitate, ſtatu uiceq; in terris fungereris, eſſeſq; poſitus in hoc ſummo faſtigio, ueluti quoddã micantiſſimũ ſidus & uirtutũ omniũ exem plar nitidiſſimũ, ad quod tum principes tum cæteri quoq; mortales uitã ſuam cõponerent inſtituerentq;. Quo loco repeterẽ (neq;.n. id itempeſtiuũ aut nimis ſerũ arbitrarer) q̃tum nũcio de tua cardinea dignitate accepto, & ſubinde. q in metropolitanũ Saliſburgẽſem ſis deſignatus, & pu/blice & priuatim tibi congratulati fuerimus niſi in ea ſen/tẽtia ſemp fuiſſem nõ tã tibi, q ſupra merita nihil prorſus.

acceperis, q̃ Romonæ eccleſiæ, q̃ pontifici ſũmo, q̃ reue/
rẽdiſſimis cardinalibus, congratuládũ eſſe, ꝙ inte aſumẽ/
do, manifeſtiſſimũ fecerit, habuiſſe ſe dumtaxat, uirtutis
& eruditionis rationẽ, quom is ad hoc ſacrũ collegium ac/
ceſſeris, in quo omniũ reꝝ, quæ ad tam ſublimẽ uitæ gra/
dum attinent, cognitio ſũma inſit, ut in uniuerſa religione
ad res magnas & præclaras tractandas, ſit neq; grauior,
neq; prudentior, neq; exercitatior quiſquã. Qua re quom
toti orbi conſultũ eſſe uideamus, eruditis tamẽ imprimis,
qui te (cũ eruditiſſimus & ſis & habearis) unicum noſtra
tempeſtate Mecenatem & refugium habent. At nobis &
noſtro immo tuo Viennenſi gymnaſio, eo ampliꝰ proſpe
ctum puto, ꝙ (neſcio an recte an perperam) in tuis laudi/
bus, honoribus tuis partem nos habere putemus. Libet
enim iã palam & audenter referre, quod domi & inter nos
ſæpe cõmẽtamur, cũ nihil adeo intempeſtiue dicat̃, qn tu
pro animi tui manſuetudine ſuſq; deq; feras. Memoria re
petimus Reuerẽdiſſime antiſtes non ſine maxima animo/
rum iucunditate, ſuperiora tẽpora, quibus tu in hoc Gym
naſio & omniũ ſtudiorũ nobiliſſimo emporio cũ ſumma
ingenii tui admiratione, literis operã nauaſti; is quidẽ mo/
ribus, ea modeſtia & ſedulitate ut ego a maioribꝰ natu (q
iuuenum exploratores eſſe ſolent) non ſemel audiui, reſu/
xiſſe tum in te, indolem & manifeſtiſſima quædã futuræ
inter mortales excellẽtiæ ſigna, ac eam famã ꝑ primores
gymnaſii omnes iſſe, cũ certiſſima futuri euentus (qui &
feliciſſime ſecutus eſt) expectatione, & interiecto deinde
tempore, tu ab hac urbe Vienna, ex hoc tuo ſtudio, ueluti
ab auſpicatiſſimo rerũ tuarũ & futuræ fortunæ exordio,
ad inuictiſſimũ imperatorem abiiſti, ꝑ multos dignitatum

gradus, ad cardineum hoc ſplendidiſſimũ culmẽ euectus, quo nos, quo ſe omnis noſtra poſteritas iactabit. Sed finẽ facturus pientiſſime princeps, Rectorem noſtrum magnificũ, Doctores, Theologos, Iureconſultos, Medicos, Oratores, Poetas, Philoſophos, & totam illam litterariam cateruam, meq; homuncionem tuæ illuſtriſſime dominatiõi commendo, & qua poſſum pectoris ſinceritate iſtorũ omnium nomine ſupplex oro, quemadmodum antea nos ſummo fauore & gratia ſis proſequutus (ut tibi ſoli poſt diuum MAXIMILIANVM acceptum referamus, quicquid litterarum incrementi, quicquid gymnaſio noſtro acceſſerit) eo animo erga nos, pro tua in omẽs litteratos mãſuetudine, & noſtra in te obſeruantia, perſtare uelis, quo, tua ope, patrocinioq; tuo freti, ſtudia noſtra, ad Chriſtianæ religionis ſuſtentamentum (cuius tu amplificator & præcipuus & diligentiſſimus ſemper extitiſti) inſtituta, ex ſentẽtia noſtra proſequamur. Tibiq; optime de nobis merito, id precium, quo neq; maius neq; melius habemus, aliquando perſoluamus, ut nomẽ immortale quod iamdudũ uirtute tua merueris, (ſine litteris tamẽ ſicuti & aliorum heroum nequaq̃ durabile) noſtrorum hominum labore, apud omnem poſteritatem cum ſumma tuarum laudum amplificatione ſis habiturus.

DIXI.

ORATIO TVMVLTVARIA AD ILLVSTriSſimũ Principẽ Dñm. D.CRISTophorum Ducem Braunſwigenſem, & Archiepiſcopũ PRemenſem auiti Stẽmatis fulgentiſſimũ. Magiſtri Criſtophori Craſſi'i magna Procerum & Gymnaſii Viennenſis frequentia habita.

Accipe noſtra precor princeps munuſcula uultu
Virtutis placido munia fac releges.
Ipſe ego non poteram maius donare potenti
Fortunæ ſiquidem tempora dura negant.

DESIDERABam Præſul ampliſſime atq; omniũ quos terra habet generoſiſſme auſpicatiſſimũ tuũ ad nos aduẽtum quo perinde gauiſus (ceu Camillo Veiis Romam redeunte, & ab immani gallorum ſæuitia ingruẽtem rerum procellam uendicante, & quid gratius aut optare aut conſequi poteram) nihil certe magis optandum mortalibus. q̃ maximorũ quorũcumq; præſentia numía et auxiliantia rerũ terrenarum fulcimina. Si Romani magnificẽtiſſima ordinum omniũ pompa Ciceronem latii decoris columen turpi remigrantem ab exilio geſtienti excepere plauſu, & exquiſita rerũ cura proſecuti ſunt. Si Decẽuiris biſqnq; tabularum Solonibus decoro comitatu obuiam uenere. Quid mirum, ſi nos te Illuſtriſſime quẽ penes præſtãtiſſimarum cœtus uirtutum priuatum quoddã habitaculum elegit, ueneramur atq; ſedula ſtudioſorum opera ꝓſequimur, & profecto certiſſima hæc ſunt magnæ uirtutis argumenta, ut eos contẽplari ob difficilia lccorũ interualla

non contigit ſuſpiciamus & matura animi ſedulitate quo/
uis honore dignos cenſeamus. Verum nimirũ illud Cicero
nis paradoxa. Virtus cui ſit nihil deeſſe. Non enim magni
tudo, non conſtantia/fides/grauitas/maieſtas, & reliqua
inſtituti animi adminicula animo deeſſe poſſunt qui tanto
uirtutũ agmine circũuallatus ſit. Solus uirtutis aſſertor
ſecundis in rebus unus ex fortunatis, in aduerſis ex maxi/
mis dici poteſt, quo felicius nullũ mortalibus euenire, om
nes exquiſita rationis cenſura ꝓbabunt. Sola uirtus rerũ
grauiũ aſſeclas immortalitati locat, qui quia eã ſtudioſius
ſunt æmulati, perpetuam laudũ memoriam, inſigni ſortiti
ſunt honoris preconio. Quis omniũ Luciũ Brutũ in li/
berãda patria? Decios quis uolũtaria morte iſignes? Sci
piones/qui iter Pœnis uel corporibus ſuis obſtruentes no/
uiſſet? Quis Marcellum cuius interitũ/nec Hannibal ho
ſtis honore ſepulturæ carere paſſus eſt? Quis præterea
mille fortiſſimoꝝ imperatorum uocabula nouiſſet, niſi au
ſpice ea ardua rerum cacumina, ſtrennua ingenui laboris
opera tentaſſent, magno cum cõſilii/ingenii emolumẽto.
Nemo profecto optimos quoſq; boniq; iuſtiq; munere cõ
ſpicuos/ enumerabit, quorũ uita probis ſpeculum exiſtit.
E quibus tute ampliſsime princeps mortalibus radiãtiſsi
mũ omĩmodæ uirtutis exemplar ad oculos præſto es ab
quo ceu ex equo Troiano innumeri Proceres/innumera
uirtutũ agmina proſiliunt. Quid enim memorẽ Pruden/
tiam, quã rerum humanarũ cognitionẽ uolunt, qua cũ pri
mis ceu ſidus aliquot effulgeſcis? Quid ſapientiã rerũ cœ
leſtium diligentẽ indagatricem? Quid liberalitatẽ comi/
tatem/fortitudinem/conſtantiã & reliqua uariegati aĩmi
inſtitura, quibus omnia animi & corporis cõmoda paras.

Hæc nempe claris clara ſunt diuerticula hæc ſpecioſa in/
genii ornamẽta O principẽ magnum, dignũ qui noſtra æ/
tate natus ſit, cuius auſpicio īminentia ceu æſculapio quo/
dã mala remediũ habent, ꝙ ni exploratũ haberet MAXI
lianus Cæſar te non ita admiraret̃, te non ceu defæcatiſſi/
mũ ſydus decoraret, tũ religione Nume Pompilio, graui/
tate Catoni cenſorio, Iulio Cæſari humanitate, Fabio ma
ximo manſuetudine es cõparandus, deniq; q̄cquid uel di/
cendo uel agendo mortalẽ aſſequi phas eſt, totũ hoc tibi
optato præ aliis reſpõdet ſucceſſu, & nihil ita graue mihi
uideri ſolet q̃ tuarum laudũ ſe buccinatorẽ geſſiſſe. Quid
dii ĩmortales laborioſius, q̃ illum decenti orationis filo ef/
figiaſſe, cuius cõſumata conſumati oratoris inſtitutio plꝰ
abſit q̃ Tanais ab hiſtri fontibus. Verum ne ea ipſe q̄bus
cũ primis effulgeſcis præteream, nihil ſiquidem ita aſper
nãdũ q̃ meritos meritis non ꝓſequi honoribus, Inclita du
cum ꝓpaginẽ, quã nemo ſatis laudarit. Stẽma tuũ ducis
generoſiſſimũ. Quod ſi cõmendare conarer ante diẽ clau
ſo cõponet ueſper olimpo. Sed quis omniũ eſt qui egregia
tuorũ maiorum tua quoq; monumẽta digno orationis cõ
textu efferet, qui famigeratiſſima troianæ nobilitatis ori/
gine multa memoratu digna ædidere facinora. E q̄bus Il/
luſtriſſime princeps te natũ manifeſtario præclariſſimaꝝ
uirtutũ comitatu ꝓpulchre oſtendis. Poſſem ego genus
tuũ, clientelam, agnationẽ & reliqua tui principatus inſig
nia memorare, alia præterea bona quæ te Cæſari MAXI
MILIANO gratũ effecerunt, qui factum tũ laudat cum
te annuentẽ uiderit, qui demũ rebus ſuis egregie ꝓuiſum
cenſet. Cum te conſiliarium adhibuerit. O q̃tum hoc qua
uerborum amplitudine, aut qua rerũ grauitate referam,

forſan Platonis memor, Nos patriæ amicis natos eſſe & profecto (ut cum Horatio loquar) ad hoc parui propere/ mus & ampli. Si uolumus patriæ, ſi nobis uiuere chari. Sed ne morer in re confeſſa admirãdum tu præcioſiſſima rum rerũ repoſitoriũ iure haberis, & ab omnibus ſuauiſſi mũ probæ inſtitutionis gubernaculũ prædiceris, quo om/ nia mirũ in modum per ampliſſimã tui epiſcopatus religi onẽ omnia mirũ in modũ coaleſcunt. Pythagoras ille pri/ mus philoſophiæ nũcupator inter plura quæ humano ge neri profutura credebat, uoluit religione deum colẽdum, animũ diſciplinis excolẽdum, tu perinde Pythagorici dog matis obſeruãtiſſimus, ita religionis cultor exiſtis, ita reli/ quos rerũ ſacrarum antiſtites exſuperas ut iure religione, animi cultura omnibus præferri poſſis. Agis enim Archi epiſcopũ omni ab parte abſolutiſſimũ, in quo fulgentiſſi/ ma uirtutũ omniũ ornamẽta contemplant̃, in te eccleſiæ fulcimen, doctrinæ Chriſtianæ promptuariũ conſpicitur. Apoſtolus Paulus in epiſcopo perfecto deſiderat ſobrie/ tatem caſtitatẽ morum integritatẽ continẽtiam ſanã do/ ctrinam quæ omnia in te aſtatim eluceſcunt. Tu ſobrius, tu caſtus, tu integer, ſceleriſq; purus, tu defœcatiſſimũ bo norũ morum exemplar, doctrina uero ita præcellis ut nõ minus diſciplina q̃ epiſcopatus faſtigio memorandus in/ ſtar Iubæ regis quem rerũ pericia, quam regio honore me morabiliorem fuiſſe præclariſſimi rerum ſcriptores me/ minere hinc longe his ſuperior, quibus ignauia ad animũ uerſatur, dum nil altum aut ſublime pecudum inſtar intu/ entur. Sed quid in te non admirandum. Qui cum dignita te epiſcopali fies ſummus, ita maximus rerum peritia & iuxta doctrinam Chriſtianam agis, quæ epiſcopum dei

diſpenſatorem atq; pediſequum eſſe aſſerit. Et cum in ecclesia illud ſit Epiſcopus q in mari nauta, in curru auriga, dux in exercitu, tu ſedula agis opera, nec quid laxabundũ neue damnoſum aliquod rei eccleſiaſticæ damnum afferat. Et profecto ſicuti ſacrarium ſanctimoniæ ac domicilium eccleſia dei dicitur, ita præſide te cognoſcitur. Quid enim te uno religioſius, abſolucius, perfectius. nihil certe uel optare potes, quod non abunde conſecutus fueris. Agis epiſcopum ſine ſuperſticione religioſum, ſine ſimultatis fuco purum, ſine labe emaculatum, ſine iactantia literarum quæ omnia abſolutæ uirtutis argumenta ſunt efficaciſſima, & quid rebus humanis opportunius? quidue maius quam cæteros mortales rerum intellectu, religione doctrina uincere, ſeq; deum terrenum exhibere, nihil ego ita appetẽdum duco, ita ſuſpiciendũ dignitati præpollentem literarum intellectus quarum tu unicum aſylum exiſtis quo nil ſuauius, iucundius natura dedit, literas Ciceronis autoritate ſolas felicibus eſſe ornamento, calamitatis ſolatio, nobiſcũ ociari, peregrinari te non fugit. His itaq; effeciſti ut apud ſummates omnes amabilis habearis, atq; ab hiis quibus plurimum polles uenerabilis exiſtas, te omnes uti patrem colunt, obſeruant, uenerant? Cæſariiq; ſtatus patronum ſtrenuiſſimum cum laude ſuſpiciũt. Sed quid hæc ut & tandem te noſtræ orationi rerum deſtinetur, Gymnaſium hoc noſtrum gymnaſiarchæ noſtri tutela prorſus conſpicuum, & doctiſſimorum frequentia illuſtratum, meq; homuncionem commendo, offeroq;. Suſcipe igitur illuſtriſſime princeps & archiepiſcope ampliſſime ea maieſtate qua decet officioſam hanc tuæ paterni

tatis cateruam quæ ſe tum plurimũ feciſſe cenſebit, Cum ſe gratam fuiſſe agnouerit.

DIXI.

ORAtio ad Reuerendiſs. in Chriſto patrẽ ac Illuſtriſſimũ Principẽ & D. Dñm IOAnnẽ Bauariæ ducẽ & principẽ Palatinũ Reni, adminiſtratorẽq; Ratiſbonenſem in conuentu Cæſaris & triũ Regum Viennæ Pannoniæ florẽtiſſime Vniuerſitatis nomine in cõgratulationẽ aduentus per M. Cyprianũ Koſter Atheſinũ habita.

SACRArum litterarum profeſſori perſpicaciſſimo ac Viennenſis Gymnaſii Anteſignano & directori digniſſimo Chriſtophoro Kulber ex Grecȝ Magiſter Cyprianus ſeſe humillime ut patrono commendat.

NEMO ſane mẽtis diſcerniculo inter cõmilitones utcũq; doctos literarie præſes ſuam orationẽ atq; ego expolitiſſimæ tui ingenii energie, alicui magnatũ uberiori cũ uenia adſcribere & dicare, q̃tum mihi uidere uideor potuit, quũ

nil comodius hac in re cōperiri poterat, quã riuulũ craſſũ minuſq; fœcundũ, ad ſui primeui fontis ſcaturiginẽ, unde ingenii, & doctrinarũ monumẽta pullulabant, dirigere a quo & guttulæ noſtræ opellæ, haud ſue ſcaturiginis lim/piditatẽ emulantia emanarũt. Vt a fonte illo omígenæ doctrinæ refertiſſimo ac Mœcenate meo obſeruãdiſſimo a uitilitigatorũ telis compluſculis tuarũ uirtutũ parmula detentis tueri queã, ne(ꝗ primũ penſitari ſolet) famæ gloria, aut quãtulacũq; alia futula auiditatis cauſa, hanc oraciunculã noſtrã in popellũ palã, ut nomẽ noſtrũ lectitare/tur, & inſcicia luce meridiana ſpectaretᷓ, editam diiudicẽt. Sed neceſſitudine q̃dã, & (ut uerius loquar) edicto ac mãdato tuæ eminẽtiæ, ut noſtræ reipub. capitis, & directoris, tibi deniq; uir optime ꝗ noſtris humeris impar ut uiro undecũq; doctiſſimo impartire, & tuo ſub nomine in uulgus dare decreui, ne ipſe forte Strabi Galli hortulũ, aut culi/cẽ aliq̃n legiſſe magnifaciã, qui Tullii, aliorũq; Oratorũ ſuauiſſimoꝝ prima limina nunq̃ deguſtaui, omnino peſſũ dare cogar, & ut lectores hac pauxilla noſtra editione mi/nus acquieſcentes, ab illo maiora, cuius uires hac in re lo/cupletate exigere uelint, ut qui doctiſſimus exiſtat quem modo noſtra literaria deſiderarit moderatorẽ reſpub. & uere hanc a te nunc regi gloriari probe liceat, qui cũ ſapiẽtiſſimus ſis, & habearis, ut haud ad ſacietatẽ tantillis litterulis tuarũ uirtutum glomerata merita extricari queant, ut q ambigua temporũ curricula diuinis uoluminibus im/pendiſti, uirtutem mortaliũ directricẽ ualidiſſimã, ut quis fluctuãtis mũdi anfractibus, ceu ſine glomere lini ancipitibus labyrinthi porticibus liberari haud queat indies per/ſuades, ut oẽs tua bonitate, ad eandẽ incites uitæ ſemitã,

ac uirtutũ emulationẽ, ut finaliter (quod theologorũ eſt) ad Eliſeos deducamur cãpos. Sed ne lõgior ſim, receptui canam. Vale uir omniũ doctiſſime ac optime, & noſtræ li terariæ reipub. Anteſignane æquiſſime fauſtiter, & (ut aiunt) fortunatis auibus, & me inter alios q̃plurimos qui tuũ auditoriũ frequentes atterũt, percolũtq;, ut hactenus foueto date Vienñ. Pann. q̃rto Kal. Iulii. Anñ. 1515.

Sequitur Oratio.

COMPERTVM habeo, ut quo quis ignẽ propius acce dit, eo magis incendi debere, eodẽ pacto IOANNes prin ceps illuſtriſſime huic litteratorũ caterue, in aduentu tuo iucundiſſimo accidiſſe haud ambigendũ eſt. Cum a princi pio ſtatim dii boni tua incredibilis in omnes litteratos mã ſuetudo, autoritas, conſtãtia, dexteritas, comitas, mirifica quadã animos oĩm concitarẽt admiratiõe. Innata quadã in omnes laudatos principes cupiditate, tũ miro quoda de ſider io tanti principis uiſendi, ſalutandi, ac alloquendi flagrare cœperũt. Sed quis oro mediocris tã floride minervæ orator, aut quæ tãta facundiæ ubertas ingenio cõcipi, aut lingua effari poteſt, quæ ante probatiſſimã tui ingenii energiam, ante ſacroſancti Ro. Imperii principẽ, catholici gregis antiſtitem ac, columnã firmiſſimã, de re tã ardua, & oratione condigna uera, ne dicã uerba mouere, ſed balbutire quidẽ, aut ſibilum edere audeat. Quæ porro res, ſi cuipiã per aliquot temporũ curricula, tremorẽ in dicendo indidiſſet, merito quidẽ mihi, cui non modo tantarũ rerũ craſſa noticia eſt. Verũ & tenaciter res grandiuſculas mihi inſinuatas prodignitate memorare ꝑ quãlaborioſũ ſit.

Quid igiť faciundũ putem? eloquar, an ſileam? Sed quũ hac in re magnifico moderatori, & dño meo, qui ſe, ac ſua omnia, tuæ celſitudine dicare, ac dedere cõſueuit, nequaq̃ refragrandũ ſit, & doctorũ cetui obſequi neceſſũ putem, qui tuo iucũdiſſimo aduentui congratulãtes, teq; heroica-rum uirtutũ cultorem ſalutatũ ueniunt. Nec deniq; deſi-derio litteratorũ glomerate caterue contraueniundũ cen-ſeo, qui ea gratia letabundi, ut te principatus ornamentũ deſideratiſſimum exciperẽt, hunc in locũ aduolarunt. At grandiuſcula iſta animo meo ſæpe repetens, qua fandi cõ cinnitate, quaue lepiditate tibi primum Præſul celeberri-me, deniq; huic litteratiſſimorũ uiroꝝ cetui placere uale-am, ne plura citra utilitatẽ uerba effutire uidear, & q̃ plu ris facio, ut miſceať utile dulci. Enimuero non mirũ ſi rei magnitudine ac fluctuũ cõcuſſione portu hererẽ, ceu naui ta altũ timens æquor. Nam facillat ſæpe ratis uagas mo ta per undas. Niſi ſplẽdida iſta ac perbenigna lumina tua totã inbecillitatis nubem abigerent, citiſſimeq; ſequeſtra-rent, ut demũ magis luculenter, ac bona cũ uenia maiorũ iuſſa ad tuã ſublimem eminentiã refferantur. Non autẽ hæc Theophraſti, Theſiphontis, aut oratoriæ artis prin-cipũ facundia, ad quos audiendos tota græcia cõfluebat. Sed nuda quadam & ſuccincta uerborũ ambage enucle are conabor, Et primitus de re quæ ſe ſatis ipſam cenſura omnium in te cõmendat ordiar, utpote, de uirtutibus tuis maximis. Sed ut in te præſtabiles & perſpicue renitẽt, ita numeratim & impromiſcue receſere nec temporis, nec loci congruitas admittit, obiter tamẽ illa percurrã, ut pul ſa ſummas cimba ſuper natat undas. Quare ab inexhau-ſto, ac ſemper ſcaturiente tuaꝝ uirtutum fonte ut ſumma

ſequar faſtigia rerum aliqua tranſeunter attingam. Nam q̃tuſcula etiam exigua uirtus barbato illo Hieronimo teſte fuerit, affatim tamẽ laudari, extendi, ampliari, & honorari appetit. Imprimis itaq; Iuſticia ſe obuiam facit, quæ inter compluſculas alias, quæ te principem & Mœcenatẽ noſtrum, partitis uicibus frequentes percolunt, arcẽ et primas partes inter eaſdẽ iuſtiſſimo iure ſibi uendicat qua ſingula moderaris, ac firma trutina cuncta haud ſomniculoſe perpendis. Quam clementia ſoror benigniſſima concomitari ſtudet, ut ea quam a cunabulis ſemper præ te ferre & inditiis multimodis tibi cõnatam polliceris. Pari ratiõe & de Prudentia præclara facinora annectere liceret, quã tibi ita conciliatam uendicaueris, ut ea temonis ad ſimilitudinem omnibus in rebus ꝑpetrandis & dirigendis, quũ nemo te proſperis & ſecũdis rebus, minus intumuerit, uti coneris. Nec Fortitudo ſilẽtio præteriri patiť, quæ te magnanimũ principem nec inglorium ſuis honeſtat dotibus, & fallentis uitæ uiciſſitudinibus ſua parmula detentis, ut ab eo qui quũ probe noſſet uirtutem eundẽ ad mortaliũ ducem & Catholicæ gregis caput traduceret. Ita de una mihi paucula quidẽ uerba facienti, reliquæ omnes cumulatim ac tumultuarie ſeſe ingerunt, & quælibet primariũ apud te ſitum, & dominium captare auidiſſime cõtẽdit, ita ut nec grauitas temperantiæ cedere intendat, aut liberalitas frugalitati liberelitatẽ oſtẽdere conetur. Quas tñ oẽs Benignitas antecedere tutiſſime cogitat. Deniq; ipſa cunctipotentis ſacroſancta relligio multiiugæ uitæ ſolamen uacillantibus cominus præſentarium omen, turgida ambitione tumentibus, eminus promptiſſimũ releuamẽ, et feræ, ac perſidæ impioꝝ hereſis extirpatiuũ medicamẽ

qua pleroſq; ob alia facinora ſtrenuos cum nemo te in utraq; fortuna cõſtantior ſemper præſtitiſti iure quidẽ te ut ſibi deditũ, a teneris (ut aiunt) unguiculis poſſidere ex/poſtulat. Ita uirtutes omnes in te renitẽt, & partitas uſur/pant uices, officio ut careat candidatarũ nulla ſororũ, & quælibet in albo & eſſe, & cõprobari autumat, quæ in te omnia luce meridiana ſplẽdidiora iuditio omniũ relinquo. At hercle illa hilaris, ac periucũda eſt principis commen datio in qua non adulationis fucus præſetendit̃, Sed me/ra ueritas complectit̃. An autem hec mea iuſtiſſime prin ceps de te oratio, ullas aſſentationis nebulas præſeferat, an uero ipſo uerior ſit? tu met qui tui iuditii ſcrutinio in re propria cenſenda haud quaquã deuiare ſoles penſitato. Hinc eſt ꝙ te principem illuſtriſſimũ omni laudum præ/conio celebremus, atq; excipiamus. Venimus igitur tuæ ſublimitati more florentiſſimi Gymnaſii peruetuſto ac ce lebri gratulatum, ſũmo tonãti gratias agentes, ꝙ Prin/cipem cum quem aceruatim omnes efflagitabant, & tibi fieri, & Ratiſbonenſibus (deo annuẽte) habere cõtigerit. Venimus ut te dexteritatis anteſignanũ, iuſticiæ cemita/te adiuncta patronũ ueneremur, atq; colamus. Venimus inq̃ pientiſſimo principi deſideratiſſimi aduẽtus obſeruan tiæ, ac uere recognitionis ſigna præſtituri, & hoc quidem iuſte tum quia huius florentiſſimi Gymnaſii conſeruator tum ob tua maxima merita, tum ob parentum & auorũ & propaginẽ illam ſemper laudatiſſimã, quæ innumeris decorata proceribus, per multis famigerata principibus affinitate maximorum regum, & imperatorũ illuſtratata quod uidere eſt in illis ut dilatatis annectam ſupara uelis. Vnde Caroli, Ludouici, item Sigefridus, Theodoricus.

Adalbertus, Heinricus & Rupertus ille Romanoꝝ impe
rator, & ne attauos omnis, proauoſq; iã nunc percẽſeam,
currendo per capita, uirtutes, & nudas rerũ ſũmas attin/
gam. Ab eo Fridericus auus tuæ ſublimitatis genitus, qui
a rerũ geſtarum magnitudine, cognomentũ bellicoſus ob
tinuit, qui & ipſe quantũ phœbe irradiata minores ante/
cedit ignes, tantũ hic Martia uirtute præeminebat. Nam
conſilio potens, rei bellicæ conſultus, & ſane mauorcius
princeps, & ut ex ingenti rerum aceruo unicũ huius rei ar
gumentũ iam denuo ſpectatũ lucidius ueniat, hoc potiſſi/
mũ magnanimitatis indiciũ clareſcit, cũ uno die tres potẽ/
ntiſſimos heroas, ſua uirtute cœpit, ac bellica ui in dediti/
onem redegit, ꝙ abũde ſatis decorum notũq; eſt. Ab hoc
principe fortiſſimo Philippus parẽs tuus ſereniſſimus ſa/
tus eſt, qui tam ampla auctoritate regnandi dexteritate,
prudentia ſumma ueluti aliqua micantiſſima ſtella, inter
ſui ſæculi principes refulſit, quẽ deniq; nutu immortaliũ
res aduerſe minus exercuere, quod maxime ex eo cõſpici
daẽ ut ambicioſa reſcindã imenſum foret recenſere ſingu
la. Si cuncta naturæ, ac fortunæ munera penſiculacius p
pendimus, cum huic quod eminentiæ culmen uenuſtaret
ſuperis arridentibus reliquũ fuerat nihil. Rara edepol, &
uiſenda felicitas illa, adamantinaq; digna ſepultura, quũ
ſuperum benignitatẽ in prole amplificãda penſitabimus,
cõceſſere etiam diu ũt ille inqt iuuenes ſpectare nepotes,
donec & hic ſponſæ maturus, & illa marito, rurſus & ex
illis ſoboles noua, grexq; proteruus fieret ab illo etenim
prodiere toto orbe notiſſima, non minus uirtute prædita,
quã numeroſa & Iouis & Martis ſidera, quæ enumerare
mihi in procliui eſt, ex eodẽ illo nobiliſſimo principe ſum/

mus moderator olympi te uirtutũ gemmã naſci uoluit, ut ſicut topaſius noctu in umbra lucens, procul oſtendit quo in loco ſit, ita tu animos hominũ, cum nemo te gerendarũ rerũ clarior ſit, attraheres, ac uirtutũ candore pmulceres mendoſoſq; defecares, qua demũ ex re populi omẽs nationes ſingule, tũ maxime Ratiſbonenſes, & ſubditi incredibili amore te proſequunt, ut & hoc Papinianũ commodiſſime in tuam eminentiã retorqueri ualeat. Optarẽt multũ graiæ cuperentq; latinæ ſic peperiſſe nurus, ut qui nobilitati familiæ quantũ etiam ad maternũ genus cõpetere uidebatur nobilitatẽ morũ (quæ magnifacienda eſt) uitæ ſanctimoniã, integritatẽ, modeſtiã, comitatẽ, manſuetudinẽ, cæteraſq; uirtutes parentũ quas emulari ſtudes, in unum coadunaſſe conſpiceris. Sed ut illa miſſa faciam, & ad alios laudatiſſimos principes, tibi germanos uerba flectã, quorũ nullus a maiorum ſuorũ uel felicitatæ, uel uirtute, uel religione ſecundus aut alter comperitur, imprimis Rupertus ille Georgii opulentiſſimi Bauariæ ducis gener, qui utcũq; heros bellipotens, & ſoluto nunc carnis debito ſuperis conciliatus numeratur, demum Philippus antiſtes Friſingẽſis princeps omnigenis uirtutibus ut gemma perchara honuſtus. Ludouicus nunc comes palatinus ſacroſancti Romani imperii cuius et propugnator acerrimus exiſtit. Dux Fridericus haud ſecus uirtutibus quam fortunæ muneribus præeminet & inclitus ille Præpoſit9 Maguntinenſis, cuius nomẽ apud nos celebre ſemper habitũ eſt, non minus quã natu maiorum, in qbus omnibus præcipua principum decoramenta, religio inq̃, ac rei militaris diſciplina renitent, ut neq; ingloriũ, neq; edomitum comperiſſe aliquẽ abunde tranſlucidum ſit. Et ſi candida

geſta peculiarium heroum quæ in ſuis quiq; latifundiis fecere, reticentibus omnibus effundere cōceſſum foret, non oratione craſſa ut in buccam uenerit, ſed longo uerborū ambitu, cōſumato, & excelſo animo denarrari expeteret. Summa etenim & magnipēdenda felicitas. Sed quo ego id piaculo prætereā, ut attingant̃ ea a quibus digreſſus, cū nec ardui quicq̄ a MAXIMILIANO Cæſare illo ſacratiſſimo peragat̃, aut attentetur, niſi te ſecundo, uel altero adhibito. ea deniq; ex cauſa ut te orthodoxæ religioni fidiſſimam columnam ad conuentū illum Cæſaris & triū regum euangelico gregi ſalutarem, permultis temporum curriculis pie deſideratū te auſtriacas in oras acceſitum nec quenq̄ latere poteſt. Cum aūt de aduentu tuo iucundiſſimo cerciores facti fueramus, oppido quā lætari, gaudereq; incipiūt, q bonarū literaꝝ addicti ſtudiis. Dein more florentiſſimi Gymnaſii pcelebri ac uetuſto, ad amplitudinem tuam, cum nomen tuum apud nos tam uenerabile ſemper fuerit, ut ætate noſtra poſt diuū MAXIMIlianū perpauci ſint, quos tuæ celſitudini antēponi concedemus, congratulatū uenimus. macte igitur animis opibuſq; optime princeps, qui literatis in tantū candor eſſe ſoles, q̄tum heſperus furuam noctem inter faces minores iuuat, ut ad amandū colendumq;, & q̄ ſtudioſoꝝ eſt immortalitati cōdonandū qd plurimi ex hac circūſtantium corona præ ſe animo ferūt nos impuleris, cū prorſus uirtutibus tuis, qd iamdudū merueras, uberius poſſe rependi cenſeat̃ nihil. Eo deniq; in omnes ſtudiis candidatos amore cōfiſi, ut tua ope & patrocinio, erga MAXIMIlianū Cæſarem noſtrū pientiſſimum aliquando adiuti, ſuffultiq;, ut miſiricis ſuis beneficiis hanc literariam caterua m, ut hactenus, foueat.

Alat,ac tueatur,pietatemqꝫ illam ac uoluptatem conſer
uandi firmet, in æuūqꝫ ſtabilitet ꝙ orthodoxæ fidei cultū
euangelicæ aſſertiōis augmentū Cæſareæ maieſtatis am
plitudinem,tua cumulata merita Chriſtianorū heroū pal
mā, hereticæ prauitatis detrimentū, Maumeticis, diriſqꝫ
deuocionibus excidium apertiſſime parat,iuuatqꝫ.Sed ut
uela contraham inclyte princeps,ſuſcipe ea(qua ſoles cæ
tera omnia)humanitate, & tua minime dignam claritate
oratiunculam. Rectoris magnifici,Theologorū,Iurecon
ſultorū,Medicorū,Philoſophorū,Poetarū,ac totius lite/
rariæ cateruæ maxime inte obſeruātiæ teſtimoniū. Mola
enim ſalſa litant qui thura non habent. DIXI.

AD ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM & DO minū,D.Wilhelmum Bauariæ Ducem. Comitē Palatinū.In cōuentu triū Regum cū Cæſare Viennæ Pannoniæ oratio nomīe celeberrimi eius urbis Gymnaſii,ꝑ Magiſtrū Georgium Ritheymer habita,

POSTQVAM DE ADuentu tuo lætiſſimus fauſtiſſi/
muſqꝫ nuncius ad nos allatus eſt eminentiſsime Princeps
tanto gaudio tantaqꝫ alacritate uniuerſus populus Vien/
nenſis(id enim q̄buſdam non improbandis inditiis anim/
aduertimus)perfuſus eſt atqꝫ ut ita dixerim obrutus occu
patuſqꝫ ut præ redundanti læticia atqꝫ hilaritate q̄ſi ipſa
mœnia ſaltare atqꝫ loco conuellere ſeſe uiſa ſint, Verum
imprimis ornatiſsimus doctoꝝ cœtus,& tota deniqꝫ ſtudi
ſorum cohors lætatur propriamqꝫ & peculiarē gaudendi
materiam habet ꝙ eum principem ſibi uidere datum eſt,

q et nobiliſsimus & potentiſsimus & oim principũ totius Germaniæ (abſit inuidia uerbo) fere princeps eſt. Itaq; noſtra reſpublica literaria nõ contenta priuato gaudio, & eo quod intra parietes domeſticos haberi ſolet, ſed ut exuberans illa lætitia quã intra præcordia ſua concepit, omnibus hominibus teſtatior atq; magis explorata eſset, totus nři Vienenſis ſtudii cœtus una cũ Gymnaſiarcha noſtro magnifico celſitudinem tuam ſalutat, gratulatᷣq; tibi de fortuna & felicitate atq; aduentu tuo, nihilq; magis in uotis habet, quã ꝙ hæc, ad quã tuæ uirtutes te euexerũt felicitas tibi ſereniſſime princeps, ſemota omni egritudine ſit ꝑpetua, adiectũq; ſimul mihi in mandatis eſt, ut nomine totius ſtudii Viennenſis tibi dicerẽ, nihil eſſe neq; tã magnum neq; tam puſillũ quod non promptiſſime (et ut aiunt) ad digituli ſui crepitum ſubire uelit. Neq; id iniuria Nam quis tam hebes eſt ampliſſime dux q neſciat omnes homines eo eſſe ingenio, ut eum ament atq; ſuſpiciant qui in rerũ omnium habundantia, poteſtate, atq; licentia qua ut Comicus inqt deteriores ferme ſumus omnes, poſitus ita ut Cariſtiũ Callicratẽ ſuperare uideatur, ille ipſe tamẽ ita ſibi moderatur atq; præcipit, ut nihil temere, nihil libidinoſe, nihil deniq; quod ſibi minimo malo inhoneſtatis officio atq; iuditio poſſet officere cõmitit, multũq; diſſimilis illis quibus ſi adeſſent facultates in omne genus uitioꝝ effunderentur, communi enĩ & ꝑuulgato uitæ uſu compꝑtũ eſt quod ſæpe multa homo pauper uetat atq; deteſtatᷣ quæ eadẽ ſi diues eſſet turpiſſime faceret. Sed ubi nã gẽtiũ ille ipſe de quo paulo ante dixi inueniendus mihi eſt, an ꝓficiſcar ad Indos, an ad Aegiptios, ad eos, q magnis laudibus ferme referuntᷣ ab oibus Lacedemonios, uel Athe

nienſes Nuſq̃ pes mouendus eſt tute eminentiſſime Prin/
ceps ille es, & qualis intoto terraꝝ orbe uix unus aut alter
(pace alioꝝ dixerim) reperitur, Tu inq̃ neq; aſſentandi ſtu
dio illa me dicere exiſtima q̃ luce meridiana clariora ſunt.
Equidem mihi pſuadeo ſi Socraticus ille Xenophon huic
ſeculo noſtro cõtigiſſet te unũ ex omnibus quos terra ſuſti
net pricipibus delegiſſet, in quo omnem pfecti tegis & cõ
ſumatiſſimi principis ſpeciẽ formaſſet, aut ſi Homerus di
uinus ille poæta reuiuiſceret de Vliſſis ac Neſtoris laudi/
bus plane cõticeſceret & tuas ſolius quarũ hac tẽpeſtate
ſotiũ uix unũ aut alterũ habes, pleno ore decãtaret. Neq;
id temere qs em̃ abſolutiorẽ & perfectiorẽ principem cõ/
ſpicatus unq̃ eſt, tm̃ hominẽ illum uellẽ dari q dicere aude
ret ſi aliquẽ præter te aliũ uidiſſe, in quo & fortunæ & cor
poris & aĩ dotes ita elucerent. Sed cũ aliqd de illis ipſis
dicere inſtitui, ab his maxĩe exordiri uolo, quæ mihi impri
mis argumentũ & inditiũ faciunt te eum eſſe, q & prædi/
caris & haberis ab oĩbus. Et ut ad rem ueniã philoſopho/
rum ſententia eſt ut ea quidẽ non contẽnenda quod corpis
habitus quaſi quedã præpatio & diſpoſitio animorũ ſit,
hinc eſt ꝙ nonnulli ex ſapientibus ad eã quã homo in hac
uita felicitatẽ conſequi poteſt, corpis & aĩ dona uoluerũt
eſſe cõiuncta & coherentia. Sed deũ immortalẽ quæ ſunt
uel naturæ dotes uel ornamẽta fortunæ, aut qd diuinitus
largiri a deo poteſt hoĩbus qd in te optime dux non ſit &
præclarũ & exuberantiſſimũ, eſt in te primũ tam egregia
tanq̃ heroica corporis proceritas, tantaq; formæ dignitas
& gratia, tũ etiam huic conueniens membroꝝ firmitas &
colligatio, oculorũ uigor quidam inexhauſtus, ac totius
corporis uiuida quædã uis & reuerẽtia, & plena maieſta/

tis plena dignitatis ſacies,ut nimirū nemo ſit q̄ nō uideat
niſi plane(ut ī ꝓuerbio eſt)lippiret cucurbitas,tibi q̄ddā
regiū quiddā diuinitatis eſſe inſitū, quæ eadem omnia ita
ſpectabilē & uenerabilē te faciūt,ut ſi naufragus atq; nu
dus(q̄d deus auertat)ad fortunatos Phæacas uenires, ue/
nerabiliorē te Vliſſe ipſo oſtenderes. Sed de natalīū ſplē
dore q̄d attinet multa dicere,in q̄bus tot reges tot imp̄ato
res,tot heroas inuenies ut nō fingi quidē poſſit quicq̄ illu/
ſtriꝰ atq; amplius. hoc tacere nequaq̄ poſſū,q̄d ex huma
niſſimis & nobiliſſ̄is longo ꝓauoꝝ ordine genus ducis,ma
tre Cunicūdæ felici ac ſanctiſſīa fœmīa diui imp̄atoris Fri
derici tercii filia,ac ſacratiſſimi Cæſaris Maximiliani ſoro
re de cuiꝰ uirtutibus & laudibꝰ ſi dicere uellē dies mihi ſa
tis nō eſſet. Ex paterno quoq; ſtipite ab īp̄atorio deſcēdis
ſanguīe,a diuo eīn Ludouico, cognomēto magno Imp̄ato
re,a quo tu īclyte prīceps ſexto ordine p̄re Alberto famī/
gerato illo prīcipe natus es,cuiꝰ inq̄ Alberti p̄ris tui laus
tāta eſt ut nullis īdigeat præconiis,ſed ipſa de ſe apprime
ſit illuſtris,ex eo eīn uirtutes ita agminatī reſplēdebāt, ut
præter luculētiſſīas fortunas ac eximias corp̄is dotes diffi
cile iudicatu ſit an fortior,prudētior aut hūanior fuerit,in
his oībus ita excellebat et præſtabat cæteris germaīæ prī
cipibꝰ ueluti īter cætera ſidera Heſperus,cuiꝰ rei locuple
tiſſīus teſtis fuit Ioānes Cāpanus epūs Apruntinꝰ in ea le
gatiōe ſūmi Pontificis q̄ Ratiſbonæ fuit & ī eo celeberrīo
principū cōuentu quē Fridericus tertius celebrauit, is inq̄
Ioānes p̄ri tuo nobiliſſīe dux inter cæteros principes Ger/
maniæ palmā dedit. Nunc ad ea q̄ tibi fortuna largita eſt
uenio omīno ꝑperā atq; īepte mihi uidet̄ feciſſe antiq̄tas,
quod eam quā dixi fortunā cæcā atq; oculorū beneficio

orbam dixit, id ita nō eſſe tu excellentiſſime princeps perſpicuo nobis exemplo es, in quo premiando non ſolū oculata, ſed etiam oculatiſſima, & ut in fabulis eſt tanq̄ alter Argus fuit quis enim gratuito bonus eſſet ſi malos tantūmodo ut ille inquit præmia ſequerentur, ea inquā fortuna eſt qua cū uenerunt tibi omnia bona, hæc eadē te in ſoliū collocauit iudicaturū gētes cū principibus terræ, illa ipſa te eo felicitatis euexit ut nihil neq; tā paruū neq; tam magnū ſit in tota pene Germania qđ non tuis geraẗ auſpiciis taceo, quod MAXImilianus inuictiſſimus ille Cæſar tua ſtrēnua ſæpe utitur opera, nihil etiā dicam, quod oēs ferme pricipes Germaniæ te tanq̄ uerū eorum exēplar intuenẗ admiranturq;. Sed quid ego hæc admirabundus cōmemoro quaſi neſcirem te oīm laudatiſſimaꝝ rerum atq; uirtutū moſlitum eſſe fundamenta, ita enim omnia uritutum genera in te conſpiciuntur, ita ſeſe cateruatim & ueluti agmine facto offerūt, ut de qua primum dicturus ſim, plane neſciam. Sunt enī uirtutes ut Philoſophi dicūt inter ſe ita coherentes atq; coniunctæ, ut altera ſine altera eſſe non poſſit, in te imprimis illuſtriſſime princeps heros conſpicitur integritas, qua ætatis tuæ ſuperas omes, tū etiam fortitudo qua Regulo qui ſciens uolenſq; ad paratas ſibi inſidias profectus eſt præſtas. De innocētia probitate, modeſtia, temperantia, liberalitate & præcipue de tua erga ſubditos miti affabilitate, tū etiam quod cauſas paūperū uelut alter Traianus audis libenter, ſatius eſt me tacere in præſens quā paucula dicere. Temperare tamen mihi nequeo quin de Iuſticia memorabile illud exemplū Alberti aui tui uiri illuſtriſſimi tibi ante oculos ponā, Is enī Vdalrico ex Roſenberg cæteriſq; Boemiæ regni Proceribus

ad eũ uenientibus, regnũq; Boemorũ & amplũ & nobile, ultro offerentibus reſpondit, ſeſe nolle apud Boemos re/gnare, planeq; conditionẽ propoſitam aſpnatus eſt, inde/corũ eni nimirum tantus uir exiſtimabat, cũ VLAdiſlaus regis Alberti filius inuiuis adhuc eſſet, & ad quem regnũ Boemorũ iure hereditario pertineret, pupillo hereditatẽ præripere, gratias tamen legatis egit qui ſe unum ex om/nibus regem delegiſſent. O uirũ integrũ atq; frugi qui cũ (ut in prouerbio eſt ſupergenibus & ſine puluere) regnũ & potentiſſimum & nobiliſſimũ parare potuiſſet, pluris tñ iuſtitiam, quã immenſas diuitias fert. Hunc igitur auũ tuũ Vuilhelme nobiliſſime ut aut equipares aut uicas, & uelis & remis tibi nitendũ eſt, qđ futurum nemo dubitat. Sed dum hæc ipſe mecũ contemplor penituſq; inſpitio li bet exclamare ad hunc modũ. O felix atq; fortunata Ba/uarica natio, cui clementiſſimus humani generis conditor atq; pientiſſimus deus qui labanti huic mũdo rebuſq; hu/manis nunq̃ deeſt per uiſcera immenſæ charitatis miſeri/corditer proſpexit ex alto, atq; cõſuluit de eiuſmodi prin/cipe, quales ſi eſſent omnes breui foret ut rugientis leonis hoc eſt Mahometis, rabie cõcuſſa atq; euerſa, & ſublatis uitioꝝ ſemiariis, chriſtiani unanimi atq; ſublatiſſima qua poſſent uoce id eccleſiaſticũ cantent, En de cœlo reſpexit atq; auxiliũ parauit altiſſimus. Deſtinabã clariſſime dux ut par eſſet ampliter atq; prolixe de tuis laudibus dicere, ſed laxamentũ atq; ocium animus meus profuſe laudãdi non habet, per hoc reſtat enim animus illius neceſſe eſt & pudeat tacitus atq; admiret̃, qui tantũ uirum quantus es ſuis coloribus (ut aiunt) depingere uelit, præterea magna laus ut inquit Muſonius philoſophus nõ abeſt ab admira

tiõe, admirationem aũt non uerba ſed ſilentiũ parere ex/
ploratiſſimũ eſt, quocirca uela orationis contrahã ſinéq;
faciam, ſi prius tibi cõmendauero Gymnaſiarchã noſtrũ
magnificũ & in ſacris literis nomine quod ſciam ſecundũ
Chriſtoferum Chulber, Doctores, Theologos, Iurecõſul
tos, Medicos, Philoſophos, Poætas, totũ deniq; quam hic
coram cernis cœtum ſcolaſticũ, magnopereq; oro ut ea
beniuolentia ſtudium noſtrũ Vienenſe proſequaris, qua
ſoles omnes qui aliquãdo ſeſe fidei tuæ commendarunt,
proinde curabitur diligenter ut nomen tuũ illuſtriſſimum
immortalitati per literarũ monumenta olym mãdet.

DIXI.

AD ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM & DO
minũ, D. LVdouicum Bauariæ Ducem. Comitẽ Pa
latinum. In conuentu trium Regum cum Cæ/
ſare Viennæ Pannoniæ oratio nomine ce/
leberrimi eius urbis Gymnaſii, per
Magiſtrũ Ludouicum Korñ/
hueber habita.

REM nimirum uberiore dicendi fonte exhauriendã Prin
ceps illuſtriſſime ſubire uideor, ob id ingenium hellebero,
perinde ac Carneadi mihi foret expurgandũ, ac lingua in/
fectis ori calculis inſtar Demoſthenis corrigenda. Quo in
iunctum onus pro ipſius & magnitudine & excellentia di/
gne exequi poſſem. Cæterũ magnifici rectoris noſtri iuſ/
ſus huiuſq; ordinis literarum autoritas ad id coegit. Qui
poſt expectatiſſimũ aduentũ tuũ & iamdiu ab omnibus

deſideratũ incredibili lætitia ſuſcepta, ſingulare erga tuã pientiſſimã dominationẽ obſeruantiæ genus demonſtrarent, & auidiſſimã de te expectationẽ declaranda turmatim ad tuũ conſpectum fulgidiſſimũ accelerauere, meq; tuo auguſtiſſimo aduentui ad congratulandũ impulerũt, Cuius prouintiæ oblatio tremulã pene linguam ſiſtit, & ob negotii molem uox faucibus heret. Quare hoc tantũ a tua illuſtriſſima dominatione impetrari uelim, ne glorioſiſſimas tuas laudes uirtuteſq; ampliſſimas ac diuinas, orationis meæ terminis plene contineri poſſe exiſtimes. Immẽſæ equidem ſunt & prope infinitæ, ut nullus ſermonis ſplendor, nullum tam excultum orationis genus adhiberi poſſit, quod quidem ſit cũ illis comparandum, nullum tã perſpicuũ ac elimatum ingeniũ, nullum os etiã Hortenſii facundia irrigatum, quod non mutum atq; aridũ futurũ ſit, ſi has tuas laudes explicandos aggredietur. Quid potiſſimũ in te magnificũ extollem, uel dixerim neſcio. Num laudabo nobilitatẽ, quũ ſis omniũ natura & genere nobiliſſimus? Num modeſtiã extollẽ, quũ ſis omniũ quos unq̃ uiderim modeſtiſſimus. Num Prudentiã, æquitatẽ, manſuetudinẽ, iuſticiam cõmendem, & prudentiſſimus & iuſtiſſimus & manſuetiſſimus haberis. Vndiq; ſeſe admirabiles in te uirtutes proferunt, & hoc meũ dicendi exordiũ aggeratione morant̃, & copia detinent, ut quid potiſſimũ aggrediar in tanta multitudine, ac uarietate ampliſſimaꝝ laudum plane non perſpeciam. Sed a ſublimitate ſtirpis haud inuiſæ exordium ſummã. Produxiſti imprimis Illuſtriſſime princeps Ludouice, ab antiqua ducum Bauariæ nobiliſſima proſapia originẽ. Ex ea ꝑfecto innumeri Romanorũ Imperatores, & Reges claruere, quos magnifica

celeberrima geſta clariſſimas reddiderũt. E quorũ nume/ro adeſt Henricus ille inter Romanorũ imperatores Pius cognomiatus, q contra barbaras nationes impauidus in/fatigabilis ſemp uiſus, tã incredibilẽ a deo uictoriã conſe/cutus, ut totã Hungariã tunc Machometica ſecta infectã Chriſto lucratus ſit, ita rem eccleſiæ cõfecit, ut nec Hanni bal, nec Scipio ab antiqs meruerit plus illo laudari, tãta ſũt hui9 uiri celebrãda preconia, ut neq; a me, neq; a diſer tiſſimo oratore corã dñatione tua illuſtriſſima ad plenum dici poſſet. Prætereo Erhardũ Bauariæ ducẽ inclitũ & ei/us præclara opa, q roboris præſtãtia, laborũ aſſiduitate in adeundis piculis ſtrẽnuitate, per tãta terrarũ ſpacia ſub Ocree uexillo, regnãte Henrico ĩpatore tertio, ſepulchrũ dñi ſanctãq; ciuitatẽ Hieruſalẽ, manu ſua forti uiriliter de uicit, ſic gentẽ magnã dño cõſecrauit. Obmitto Ottones atq; alios ĩnumeros Bauariæ domus duces, q ſua magna/nimitate & fortitudine rebelles eccleſiæ nationes ſubiuga bant, & uſq; ad uitæ exitũ ipſã ab infidelibus ſemp defẽ/ſabant. Et ut ad aliũ minorẽq; ſexũ deſcendã. Taceo enu merare Gyſellam ſãctiſſimi Stephani regis Vngariæ cõ ſortẽ, dicti imꝑatoris Henrici ſororẽ, per beatiſſimũ cõfeſ ſorẽ Vdalricũ uiro copulatã. Quæ & quanta ꝓ religione Chriſtiana fecerit tota Pãnonia, imo uel oriẽs totus & oc/cidẽs teſtant̃, quã nũc uitæ meritis deo cœli cõiunctã, Hũ garia minime ſibi defuturã quottidie ſentit atq; teſtatur habere adiutricem. Quæ uero & qualis fuerit Elizabeht nobiliſſimum Bauariæ germen, eius quottidiana mira/cula demonſtrant. Si tibi illuſtriſſime princeps, Gertru/dem Elizabeth ſanctæ matrem, quæ in tenera adhuc æta te pro CHRISTI fide ſanguinem ſuum copioſe effudit.

Si Mariam imperatoris Cconſtantinopolitani nuptã, Agnetem regis Franciæ uxorẽ, Iuſticiãq; eius germanã, de cuius ſepulchro omniũ in firmitatũ ſanabile manat oleũ. referem ea res me longius detineret. Sed ut ad Ducẽ tui parentẽ Albertum, Principem magnanimũ & fama clariſſimũ ueniam, cui tanta uirtutũ claritas, tantaq; militiæ ſtrẽnuitas inerat, ut Pirrhum Epirotũ, Epaminundã Thebanũ, Agesilaum Lacedemoniũ, Furiũ Camillum, Cæſarem Iulium, Magnũ Pompeiũ, & qui ei adhæſit Sertoriũ aliosq; permultos quos enumerare longiſſimũ eſſet, re militari præceſſiſſe minime dubitet. Ipſius eñ præſẽtia ordo in exercitu, modus in acie tenebatur, induſtria militaris caſtris non deerat, eius ſolertia nõ temere atq; inconſulte milites in prælia ferebantur, ſed ex ſapiẽtiſſimi ducis cõſilio dimicantes ſemper minus accipiebant periculi q̃ hoſtibus inferebant. Hic rem ſuã publicã ex bona meliorẽ ſemper facere ſtuduit, quẽadmodũ eñ patriam ab inſultibus inimicoꝝ belli tempore fortiter defendebat, ita ſecũdis in rebus tanq̃ ſtudioſiſſimus pacis autor, dulcis patriæ cõſolator extitit. Multum ille ingenio, non minus eloquẽtia ſed plurimũ ſapientia ualuit, eoq; imperatoriam artẽ non ab armis ſolum & uirtute bellica depẽdere, ſed in legibus & ciuili ſcientia quoq; conſtitutã diiudicabat, quibus ſi princeps careret, ſui amplitudinẽ imperii tueri ac cõſeruare nõ poſſet. Iſtis eñ belli pericula repelluntur, illis pacis ornamẽta conſeruantur. Et ſicut regni fines armis ac ſolertia militari propagãtur, ita leges regnũ ſumma cũ æquitate atq; iuſticia gubernare præſtãt. Vis equidẽ armatorũ bellum a mœnibus ꝓpulſat. Ciuilis ſciẽtia pacem in ciuitate retinet. Hæc feruido pectore ſecũ uolutans, ut nõ minus

legum cognitione q̃ rebus bellicis polleret. Diuerſa Europæ gymnaſia peragrando. Leges ad genus humanũ regẽdum gubernandũ defendendũq; excogitatas, & ad uitam bene beateq; agẽdum adinuentas, uſq; adeo imitatus eſt, inſidiarũ pericula longe lateq; repellens, nullis uim, nullis iniuriam, nullis impetũ fieri pateret̃, & unumquẽq; in ſuo gradu ſuaq; dignitate faciliter cõſeruaret. Ego hũc Menenio Agrippa ui perſuadendi ac eloquẽtia longe præponendũ cenſeo, iſte quidẽ P·R. a patribus recedentẽ reuocauit, ac ſua facundia membra capiti reuniuit. Aſt ille ne ſeditiones pullularent præuidit, & quãdoq; ortas celerrime ſopiuit. Is nobis te illuſtriſſimũ principẽ poſt ſe reliqt, non minus uirtutis & prudentiæ, q̃ etiã rerũ ſuarum digniſſimã prolem, ſub cuius nũc feliciſſimis auſpiciis non inferiori decore et fama tota militat Bauariã, cui nihil quod ad culmẽ uirtutũ & clarũ principẽ pertinet, deeſſe uidet̃. Mater tua ex nobiliſſima Cæſarum ſtirpe te in lucẽ produxit, ad ultimum cærte qcquid ad optimi principis munera exigitur ipſa dedit natura, forma nitet in te egregia, uultus pbenignus, iucundiſſimus aſpectus, dignitas oculorũ imperatoria, ſplendorẽ quendã nobilitatis maioꝶ profundere uident̃, frontis ueneranda maieſtas, omnibus ſuauis & ſupra q̃ dici poteſt non iniucundus. Præclarã deniq; & generis & morum proſapiam, totius corporis elegãtia & dignitas exornat ita & animi & corporis dotibus euo noſtro cæteros principes excellis. Virtus eñi ac probitas ſanguini generoſo ſplendorem non modicũ adicere uidentur. Ea enim perfecta ac præcipua eſt nobilitas, quæ propria ornata uirtute, & ſua cum maiorum ſit gloria ac uetuſtate cõiuncta. Qualem in te eſſe quos ætate noſtra ui

derim omnium optimo inficias ire nequeo. Te qdem non generoſo & phalerato equo, ſed uirtutũ fama inſublime euectũ. Vicus ac plateæ pueris, iuuentute inualidis, ſenibus, ac multitudine utriuſq; ſexus obducte, cernere cõſueuerunt. Non ciues ab introitu ad tui conſpectum inclytũ ianitoris miniſterio coarcentur. Sed liberum eſt ubiq; tibi occurrere, lateriq; tuo adherẽti ſermonem ad loquentis faſtidium protrahere, tãta in te relucet fides, ut quicquid ſemel uel dixeris uel uerbo affirmaueris ſigilli loco ab omnibus habeatur. tanta in te conſtantia refulget ut nõ plus nimio rebus ſecundis læteris nec immutate affligent, tãta ergo tui nominis fama MAXIMILIANVS ille auunculus tuus, inuictiſſimus imperator, commotus. Cum urbẽ hanc peteret, Te principem & animi magnitudine fortẽ, & roboris præſtantia ſtrennuũ tanquã ſingulare tanti illuſtriſſimorũ principum conuentus ornamentũ ſibi aſſotiauit, apud quem pro laude proq; gloria tui quæq; ita uigilantiſſime exequeris, ut non uigiliæ nõ tedia, non æſtus, non frigora, non intemperies cœli, non longitudo temporis, poſſit a rebus maximi Imperatoris nomine gerendis abſterrere. Tempus ergo iſtud magnitudine rerũ a te geſtarum illuminatum, uirtutibuſq; tuis illuſtratum, nulla poſteritatis obliuione obſcurabitur. Maximam gloriam ſtrennuis facinoribus tibi partam tempus edax rerũ minime extinguet. Laudes tuas ampliſſimas inuidioſa uetuſtas haud abſumet, uec ſequentis æui longitudo obliterabit. Ille enim peregre diſſeminate longe lateq; ſe diffundent, in anguſtiis enim ſe præmi atq; angi non ſinunt. Nomen deniq; tuum illuſtriſſimũ, quod iamdudũ ad cœlũ extollere conatus es, in abdito atq; occulto præſſum atq; ignotũ

iacere eruditorum camœna prohibebit, & tui memoria apud poſteros faciet ſempiternam, laudeſq; tuas glorioſiſſimas non celſarum turrium erectione, non ſtatuarum & ſepulchrorum collocatione quæ omnia direptiõe ac uetuſtate cõficiuntur, Sed eloquentia æternitati donabit, & quo plus uetuſtatis accipient eo maiora generis & factorum præconia conſequeris. Sed ne plus de tuis laudibus balbutire q̃ diſſerere uidear, uela coplicaturus, illuſtriſſime princeps Gymnaſyarcham magnificum, Doctores peritiſſimos totumq; hunc omnium literarum eruditione cœtum ſplendidiſſimum tuo fidẽtem præſidio tuearis defendas, ac dirigas, obnixæ oro pro beneuolentia ac amore tanto ex hoc celeberrimo ſtudio glorioſſimaq; ciuitate, præcioſiſſimum memoriæ, omnia ſæcula exuperantis theſaurum reportaturus. Quem non Arabiæ fertilitas, nec gemmarum Indie opulẽtia præſtare poteſt. Non deniq; Corinthio ære mercari, nec Crœſi diuitiis emere poteris, Sed ſolum literatorum labore, opera, ac uigilantia comparare, quorum ſtudiis celebratus nunquã poſteri mores tuos geſtaq; fortia ſilebunt.

L.

DIXI.

ORATIO TVMVLTVARIA AD ILLVSTriſs. & Generoſiſſimũ Principem Do. Do. CASImirum Marchionem Brandẽburgenſem Stetinenſem Pomeraniæ, Caſſubiæ, Sclauorũq; ducẽ, Burgrauiũ Neurẽbergeñ. & Rugiæ Principẽ, Magiſtri Criſtophori Craſſi heluetii ĩ magna pro- cerũ frequẽtia. Vieñ. Pañõ. habita.

Generoſo ampliſſimoq; uiro IOanni Herman Oxinbach Caſimiri illuſtriſſimi Principis Brandenburgenſis Secretario, magiſter Criſtophorus Craſſus ſeſe plurimum commendat.

HABes uir omniũ optime, atq; ampliſſime, hanc qualẽ- cũq; orationẽ, quæ in aduentu illuſtriſſimi Principis, & ſi nõ emũcta, (ut expectabat̃) non tñ protrita (ut par erat) uiſa eſt. Nemo omniũ principẽ illũ nitido pbelle laudarit characteriſmo, neq; ingẽtia animi dona, qbus cũ primis eſ fulgeſcit digno efferet præconio. Quicqd in principe ad- miratiõe dignũ cenſet̃ totũ hoc ipſi peculiare eſt, & qd̃ fe rũt de Aphricano Scipione, hoc de principe Caſimiro cre bro accepi, qui ſummã ſpẽ ſuorũ quã de eo iã puero habu erãt, cõtinuo adoleſcens incredibili uirtute ſuperauit, tum multa rerũ induſtrie, tũ priuata ingenii cura, & ſolus no- men ſuũ ppetuitati locare mihi uiſus, qd̃ prſus cõſecutus eſt. Huiꝰ ut comitatu, ceu Phœnicis Achilles frueris, hac ueſtra mutua uiuẽdi cõſuetudine, nil ſantius, ſimplicius nil

aut melius noui. Sed qd pluribus op9. Vale uir oĩm optime atq; ampliſſime, fauſtiter, proſperiter, meq; ex mancipiis tuis nedum atrienſem, ſed mediaſtinũ foueto. Datum Viennæ Pannoniæ. X. Kalen. Iulii. Anno. M.D.XV.

INCIPIT ORATIO.

PLATONEM illum exuberantiſſimum, omnigenæ uirtutis ſpeculum, & grande raræ felicitatis exẽplar, illuſtriſſime princeps Dionyſius Tyrannus uittata accepit naui, ſeuitiæ alias, & furiis natus, ipſe magno & frequenti ſatellitum comitatu, quatuor albicantibus equis obuiã ueniẽs profuſiſſima rerũ omnium adminiſtratione, ſapientiæ Antiſtitem proſecutus eſt, eundem quoq; ſummo cũ honore, & ſalutauit, & hoſpitio admiſit. Mirum profecto tyrannũ, poſtergato beluini furoris animo, & exutũ omni prorſus humanitate, tantũ, ſapientiæ tribuiſſe. Sed quis uirtutem non miretur? ſit etiam plane ferreus, aut duri caucaſi aſper incola. Nimirum uerum illud, qd' uulgo a rerũ ſapientiæ ſtudioſis decantat', uirtutẽ & rerũ optimarũ cognitionẽ animum, ceu gemmulis quibuſdam præcioſiſſimis exornatũ, immortalem eſſe, & hercle ſolus præſtãtiſſimarum uirtutũ comitatus, hominem extra omnẽ fragilis fortis gradũ leuat, & ultra mundanũ efficit, atq; a priſco illo Inacho ſecundũ, magnum ſiquidem, et multa dignũ laude (hæc cui ferales dedere deæ) quis omnium illum merito non ſuſpiciat? nõ ueneretur, & cõmuni omnium ſorti præferat, nemo certe, etiã extra ingenii aleam exiſtit qui hui9 laudes diſerte ſatis, & filo congruo exprimet. Iſocrates

oraculo Appollinis ſapiētiſſimus habitus, tria in homine (ceu ſine his uita hūana nō cōſtaret) uoluit. Animi integritatem, corporis proſperam ualetudinem, rerū & hūanarū & diuinarū callentem animū, quæ ſi penſiculatius et emiſſiciis (ut aiunt) oculis uoluo, tu unicū noſtri ſæculi (illuſtriſſime princeps) ampliſſimū rerum maximarū ſydus exiſtis Vnus ſiquidē es, q mortales reliquos affluenti bonorū omnium copia antecedere uideris. Vt enī ab eo potiſſimū ordiar, quo diis īmortalibus rerum terreſtriū cuſtodibus, proxime accedis, quū te nō hominē agere, ſed iuſtiſſimū (ceu Herculem quēdam) Heroa contēplor, hac rerum coniectura nō temere depræhēdo, ſumma omībus in rebus, ſapientia, prudētia eniteſcis, penes te hominū, numinūq; ſūmus cōſenſus et certiſſima bellicoſæ Germaniæ ſalus exiſtit, & quis tandē ampliſſimæ maximarum rerum moli, qua ita ſplēdeſcis, uelut Luna inter ſtellas pulchra minores, dignum Buccinatorem ſe geret? Ea profecto aīmi tui uis eſt, nil feculentū, rācidū, nil aut ignauū amplexari, ſed ſecluſa erroris praui nube, omnē tuæ uitæ terminū, ad perpendiculū legere, his hercle longe ſuperior, qbus animus inertia, et torpeſcentis pigritudinis corruptela fractus, beluina illa efferata quadā rabie, ſūmo cū ſtudio emulant, & pronis (ut aiūt) calcaribus, & exquiſita remorū & uelorum opera proſequūtur, ſeq; Alcinoi & turpibus phæacū ſtudiis, deditiſſimo neruorū ſudore ſubſcribūt, ſeq; rerum illecebroſarum, nō clientes, ſed Patronos haberi ſtudent, quū licencius & incōceſſa rerū indulgētia laxioribus habenis iuuari gaudēt, diis charus ipſis ter, & quater, q te talē genuere ducē, tāto rerū omniū robore mortalibus reliqs ſupiorē, quāto diis inferiorē. O admirāda tui pectoris

ſapientia. O prouidũ rerum agendarũ ingenium. O integra ſinceræ fidei ſedes, qs neget arduis pronos relabi poſſe riuos? & mõtibus Danubiũ reuerti? Si a Critolai iuſtiq; ueriq; lance diſceſſeris, illuſtriſſime princeps receſeamus maximorũ tum Romanorũ, tũ græcorũ impatorũ facta (Hoc eñ gratũ aliorũ nouiſſe uitam) tũ iuſto rerũ pondere, egregia illa tui inuicti animi facinora his cõparabimus (quos ceu lux Cymmerias tenebras) uicis, Alexandrũ magnũ Macedonem terrarũ ambitũ, uictorioſa luſtraſſe manu, iuraq; et leges ſuperatis hoſtibus, forti martis certamine impoſuiſſe, crebra Hiſtoricoꝝ lectione nouimus. Quid enim dicã, qua rerũ difficultate cõfertiſſima hoſtiũ agmina, ruperit, diſſipauerit, peſſũdarit, & natura difficiles locos ſuparit, plura præterea inuicti roboris Alexander, uirtutẽ indicantia uirili adiit aĩmo, omniũq; de ſe expectationem uicit (illũ certe ego inſignibus iudiciis, citraq; inuidiã aliis præferendũ duco) Verũ turpe illud, turpe inq̃ rebus egregie geſtis, ignobilẽ uiciorũ labeculã aſpergere, & famã de ſe a pueris uſq; expetitã decolorare, omniũq; de ſe uotũ fallere, eſto bello ſtrenuũ, conſiliis prouidũ ſe geſſerit, nilq; non graue, nõ periculoſum tentarit, ob perpetuũ rei monumentũ, ea tamẽ non conſecutus eſt, quæ tu te illuſtriſſime princeps multiplici rerũ acumine, & iucũdiſſimo uirtutũ agmine habes. Cirum Perſaꝝ regẽ, ancipitis gradu fortunæ famigeratũ. herculea audacia, maxĩos quoſq; uel auditu graues uidiſſe populos, multos item ſuis dictis audiẽtes effeciſſe notũ. Tu uero illi ſuperior, qui nuſq̃ aduerſa afflictis fortuna, omĩbus raræ felicitatis muneribꝰ, ꝓſperrimo rerũ ſucceſſu uſus. Vnde fit, ut te præ aliis admirer qui tantos maximorũ ducum anteſignanos uinces,

quid memorem Scipiones, Fabios, Camillos, Torquatos, Valerios, & fulgentiſſima Romanæ maieſtatis (ut ipſis placuit) ſydera quos omnes non modo ſapientia, affabilitate, clementia, conſtantia, fortitudine antecedis, ſed longo interuallo relinquis, horũ facta tuis ſi conferant Lunã Soli tenebras luci, cõparaſſe uidebimur, & quid tã peculiare tibi eſt, q̃ optimos quoſq; uincere, & præclariſſimarũ rerũ (ceu inſuperabilẽ heroa) omni cura, induſtria labore, diligẽtiaq; patronũ agere, ne ergo ſilentio prætercam magna illa inuicti animi munera pauliſper quæſo accipe, uiri grauis & rerũ agendarum ꝓuidi eſſe, monumẽta literarũ tradũt, ſe ſuaq; omni ex parte circũſpicere, ne quid hiet, neq̃d deliret amuſſis, nilq; nõ accurate ſpectato examine ſtatuere pẽſitare, memoriq; uoluere animo, turpe primariũ ſubditis non meliorem, uel nutu ducis inferiores nõ uixiſſe, illud uero prorſus imitaris, dũ tu Homeri omnis eruditionis refertiſſimũ exemplar uideris legiſſe, qui magna principis officia, magno uiriũ niſu emularis. Dii immortales, quo ingenio diuinus ille poeta Pegaſæo nectare oderãtiſſimus, principes deſcribit, quos nunc uigiles, nunc contionabũdos, nunc trepido reꝝ ordini conſultantes introducit, profecto horum numero aſcriptus es, quũ maximos quoſq;, uel ſpectata rerũ inquirendarũ diligentia, uel propenſiori negotiorũ grauiũ cura euincis. Sed quæ tanta poteſt eſſe ubertas ingenii, quæ tãta dicendi exuparantia, q̃d tam diuinum atq; incredibile genus orationis quo quiſq; poſſit (illuſtriſſime princeps) magna in nos tua facta non dicã complecti orando, ſed pcenſere numerando, felix ter & quater ſæculũ, cui Magnanimus princeps ornamento eſt, quẽ nullus ſermonis cõtextus, nullum ſcriptorũ ſuffra

giũ,pro amplitudine rei cõmendabit,quid primũ in te ad/
mirer penitus hæſito, an ne illã inſignem liberalitatẽ,qua
diis celeſtibus proximus & es & haberis. Nihil ſiquidem
eſt, quod æquæ principem deceat, & forte efferat huma/
na,cæloq; reponat,q̃ promptus in optimos quoſq; bene/
faciendi animus, quo quid clarius, quid melius eſſe poſſit
non uideo ſola tu illa ab omnibus ceu numẽ aliquod uene
raris,amplexaris,cuius quũ rari cultores, tu legitimus li/
beralitatis aſſertor, & iudex, maiori præconio es cõmen/
dandus.Copia enim(teſte Hieronymo) gignit faſtidiũ,tu
nullam rem magis deteſtaris q̃ doloſi nummi cupiditatẽ,
quæ malorum omniũ cauſa & radix eſt,inde ſæpiſſime au
reã illam Ciceronis ſententiam inter liberalitatẽ admiran
tes uſurpas,nil tam anguſti tã praui animi,quã amare diui
tias,nil honeſtius & magnificentius q̃ pecuniam contẽne/
re,extra fortunam inquis eſt quicqd donatur amicis,quas
dederis ſolus ſemper habebis opes,memor forſan Diony
ſii, qui quũ aliquando ad filiũ eſſet ingreſſus uidiſſetq; co/
piam præcioſiſſimarũ ſuppellectilium, proh inclamauit
fili,in te rex certe non eſt,qui ex tanta rerꝫ affluentia nemi
nem amicũ feceris.Ferunt Iulium Cæſarẽ ad ultimas uſq;
Gades infatto Martis certamine duce liberalitate ueniſſe,
populoq; Romano Britannos nr̃o ab orbe ſemotos præ/
cipua munerũ diſtribuendorꝫ largitate ſubegiſſe. Pulchrꝫ
prorſus illud & magno cõmendandum præconio. O quã
clarũ illud quo omẽs peculiariter præſtas ut optimus Im
perator,ſenator optimus, & rebus agendis Ageſilaus al/
ter,neq; Cæſaris MAXIMILIANI terræ gentiſq; toga/
tæ Principis,quaſi alter Achates lateri adhæreres, ni in/
gentẽ tui animi in rebus obeundis ꝓmptitudinẽ nouiſſet,

quã bene illud Virgilianũ de te dicere conſueui, qui tanti talem genuere parentes. Aut quæ te tam læta tulere ſæcula, nobis itaq; omnibus congratulandũ cenſeo, de tãto duce, quo non alter maior conſilio, uel armis, nec Neſtor ille triſæclis in cuius lingua ſuadelã dicẽdi deam ſediſſe aiũt. Tu hercle Græcos illos quos conſtat cõſultiſſimos omnibus in rebus fuiſſe longe exuperas, ſileãt & Romanorum familiæ, quæ Grachoꝝ, uel Corneliorum domo inſignes, ſcaturiẽti extitere facundia, his in pniciem electiſſimũ dicendi munus datũ, dũ in cõmunem imperii Romani euerſionem perſæpe conſultarunt, longe tu te his impar, qui ſedula dicendi opera in emolumentũ Germaniæ uteris, quo uero illud acceleratiſſimũ tuæ profectionis iter præconio cõmendabo? cũ Inuictiſſimo MAXIMILIANO Patri patriæ, cuius ſecretis alter ades Patroclus. Cæſar enim te unicũ rebus ſuis adhibet, & ni conſulto id fieri aĩaduerteret, te non ſummis cũ honoribus pſequeretur, & ampliſſimo inter mortales faſtigio, ceu ſidus quoddã adornaſſet. Nihil tam altũ, tãq; magnificum, cuius non omni ex parte princeps eſſe poſſis, age q̃tum illud? quo omnes noſtri ſæculi duces antecedis, mun9 diſciplinæ militaris, præcipuũ decus & roboramentũ Romani imperii, qua pſeuerantia. Dii immortales, illud proſequeris qua uirtũ fortitudine illud amplexaris, ſileant Romani nominis Impatores, Sciones, Metelli, Rutilii, Cottæ, Manlii, Camilli, Papirii, magna patriæ decora, & fortiſs. maieſtatis Romanæ robora, horũ facta non tã faſtidioſum eſt, q̃ uanũ numerare Quis enim his credet ſcriptoribus, quibus maiora q̃ geſſerint curæ ſcribere fuit, quiq; paternæ conſulentes laudi, ſuos optimis inſignire titulis cõſueuere. Te uero illuſtriſs.

Princeps nulla unq̃ ætas oblitterabit, quū egregia operū tuorū monumenta relegerit, q̃bus perinde perpetua fere ris laude, ceu Hercules monſtrorum uictor, & pacati or/ bis domitor, O candidi niueo ſignandi lapide dies, q te ta lem peperere principem, cuius auſpicio bellicoſa ſua pro/ fert regna germania, & ualidiſſimas imperii habenas mo deratur, accedat Quintiliani acumē, grauitas Frontonis, Ciceronis facūdia, Plinii lenitas hercle factis tuis offucias obiiciēt & quis tandem omniū illum belle laudarit, cuius facta ſortem humanā egrediunt̃, cuiuſq; laudibus nemo mortaliū (utcūq; graue tonet) ſatis eſt, nec ſi centū liguis ferreaq; uoce nitatur, id enim conſecutus es uigore animi præſtantiſſimo, quæ in homine rariſſima ſūt, rerū ſ. quidē tū humanarū, tum diuinarū peritia ſplendeſcis, ceu Phœ/ bus impari Muſarum cohorte, q̃d uſquā eſt, cuius nō mo derator eſſe quæas, ſi ſapientiā tuam contemplor, ſola ea ab omnibus inſigni effulges laude. Si prudentiam quā uo lunt humanarū rerū eſſe cognitionē, hac ſolo minor es Io uē, ſi liberalitatem, qua quid elargiēdum ſit, aut q̃d non, uel q̃d diſtent æra lupinis diſcim⁹ unica tibi debere fatet̃. hac deū terrenū te exhibes, q̃d uero magis optari poſſit non uideo præſertim ab his quorū ſpectata rebus in omni bus norma, & opurtuna uitæ inſtituēdæ forma haberi ſo/ let, eſt ſi q̃dem in confeſſo reliquos mortales ab his ceu nu minibus pendere, & quēadmodum cœleſtia ipſa limitata curſus & recurſus lege, præſcripta nō egrediuntur, ſic ter rena ipſa ſuis ſubſunt legibus, & principum nutui manci/ pata ſunt. Verū illud meū quod obiter occurrit

Omnigeni quantum fulgentia ſidera cœli
Luna recens uincit, lumine parua ſuo.

Argento quantum fulgeſcens præ eminet aurum,
Principibus tantum lege, ſubeſt populus.

Illuſtriſſime Princeps munus hoc ſuauiſſimũ quo cæteros præſtas mortales, in cõmune Germaniæ conferas emolumentũ. hæc tibi ſuplices porrigit manus, hæc te per amplißima cœli numina præcatur, ipſam ne deſeras, & uacillantem rerũ ſtatum ſtabilies, qd enim reliqui eſſe poteſt, ſi rebus humanis frugifera maximorũ ducum (qualis tu) auferas cõſilia, quibus perinde ceu ære uiuimus, immo noſtrum uiuere nullũ niſi ab ſola ingenii cultura proficiſcat: qua tu cũ primis polles, ſed quid pluribus miror in re confeſſa: in te eſt probitas, in te fides, in te grauitas, relligio, in te deniq; omnia, ſolus habes laudũ quicquid poſſedimus omnes, atque ſigillatim recenſenda longiſſimæ exquiſitæ orationis moræ opus eſſet, nũc ut ſermoni noſtro finis ſtatuatur illuſtriſſime princeps, ſupereſt ut Gymnaſium noſtrum Viennenſe inclyta uirtutis acceſſione, et maximorũ ingenioꝝ fecunditate inſigne commendem, offeramq; tibi quem penes bonarũ doctrinarũ ſtudia, non parum loci habere certo ſcimus, ſuſcipe igitur o fulgentiſſimũ maiorũ tuorum ſpecimem, hanc Gymnaſiarchæ noſtri, & doctiſſimorũ uirorum ſedulitatẽ, officiorũq; quod tibi debitũ exhibent in bonam partem, & eos ama, qui te colere, & proſequi nunq̃ deſtiterunt, ſiſq; tam ſpecioſi cætus honore digni quoq; memor. DIXI.

Craſſi Tetraſtiichon.

Quid maius poteras princeps ſperare ſub orbe
Imperio maius uel quid habere ſoli?
Dii tibi dent ſuperi quicquid Caſmire mereris
Et rata perpetuo quæ tribuere uelint.

AD ILLVSTRISS. PRINCIPEM CASIMIRum Marchionem Brandeburgeñ. IOachimi Vadiani Heluetii Tetraſtichon.

Hæc quæ de magnis Atauis inſignia ſerpunt,
Sunt merito duplicis munere parta boni.
Stat uirtute prius, reliquum fortuna repoſcit.
Cum ſit utrumq; tuum, certe & imago tua eſt.

CASIMIRO INVICTI ROBORIS PRINCIPI, Auguſtinus Marius Vlmanus Canonicus, ſeſe cū Craſſo hoc deuouet Decaſticho.

Principis eſt magnum meritas depromere laudes,
Maius at eſt, dictis facta referre uicem.
Plura canit Craſſus, ſed adhuc ſunt plurima diuis
Quæ te conſtituunt, efficiuntq; parem.
Id Caſmire ſacer princeps tibi contigit uni,
Vt ſuperes geſtis munia cuncta tuis.
Plurima non tetigit, poſt hac tacturus abunde
Senſerit ut ſe non diſplicuiſſe tibi.
Eſt tibi deuotus, quem ſi digneris amore,
In toto (dicet) nil magis orbe uelim.

Craſſi Hexaſtichon.

Quid uirtus poſſit, ſapientia, ſplendor auitus,
Aut quid maiorum fortia facta ducum.
Principis exemplo liceat cognoſcere. Solus
Germani fertur Gloria prima ſoli.
Eſt in eo pietas, ſunt & ſine crimine mores
Diſpercam (ſi non) omnia ſolus habet.

ORATIO ILLVSTRISS. DVCI ALBERTO de Mechelbergk, a Magiſtro Leonardo Coturni-no pro aduentus ſui, in congreſſu Cæſaris & triũ præpotentiũ Regum congratulatiõe nomine Vniuerſalis ſtudii Viennẽſis dicta.

SI PRO rei magnitudine(Illuſtriſſime Princeps)in hoc hominũ cœtu clariſſimo minus ſatis dixerim, ueniã a tua magnificentia mihi concedendã maxĩe peto. Aut quia difficile ſit tela improuiſa(ut eſt in prouerbio)repercutere, aut tãta orationis breuitate uirtutes tuas, & animi & corporis condidiſſimas ſua facundia elucidare fortitudinem, temperantiã, liberalitatem, magnificentiã, & alias ipſius animi uirtutes egregios heroas concernẽtes medioximas, in quibus omnibus fulgentiſſimus, ut ſtella radiis ſuis ſplẽdeſcis & emicas, quã rem tuæ magnificentiæ aduentus laborioſus, ad tot & ad tam longa itinera clare cõprobare poterit. Nam ut rempublicã Romani ĩperii Chriſtianæq; religionis uel iuuares, uel cõmoditatem eius promoueres omnes labores iunctæ uitæ picula, aduerſitates & alias aĩ corpiſq; moleſtias poſtpoſuiſti. Multas.n. regiones(Romani imperii magnanime princeps)aſprimas, multa territoria rigidiſſima, quouſq; in hunc locũ uenires penetraſti. ut Cæſari noſtro, MAXIMILIANO ſemper Auguſto tua præſentia nobis profecto iucundiſſima, conſilio tuo, prudentia tua circũſpectiſſima in negotiis Romanũ imperiũ promouentibus fidiſſime ſubuenires, non maximos ſumptus, nec cõmeatus magnificos penſitare & ad aſſem põderare, ut ignobilis eſt animi, ſolitus es, ſed innatã qua-

dam heroica comitatē magnanimū ducis officiū decētiſſi
mum in exponendis pecuniis ſemper agere nouiſti omni/
bus negotiis tuis debitum imponere modum iamdudum
excogitaſti te dignationis tuæ & altitudini & generoſitati
modeſtiſſimos mores iungere nemo eſt,quē lateat.Dua/
bus etenim partibus generoſiſſime princeps Alberte ani
ma uidelicet & corpore conſtamus,quas in te ambas miri
fice dei omnipotētis operationibus ornatas lucidiſſime cō
ſpicamur,q̄uis mentis tuæ bona tantum corporis ſupera
re ſolcant q̄tum mens noſtra corpus ipſum.Sicut aūt no
biliſſima pars hominis mens ipſa nec alterationi nec com
mutationi ſubiecta eſt,ſic quoq; eiuſdē bona ab omnibus
mutationibus aliena exiſtunt,corpis uero noſtri bona ta/
metſi corrupcionibus,calori,frigori,humori,ſiccitati ſub/
iciantur,nihilominus maximam omniferi dei gratiam cen
ſere debemus,ſi hominibus ea ipſa concedi uideamus tibi
illuſtriſſime princeps Alberte corporis animiq; tui gratiā
ab optimi maximi dei celſitudine cumulatiſſime conceſſā
limpidiſſimis oculis intueri poſſum9. omnium namq; mē
brorum plaſmationum quis uenuſtiorem,quis excellētio
rem aut uidit aut inueſtigauit,faciei pulchritudinē & for/
moſam diſpoſitionem quis non admiretur, toti9 corporis
mediocritatem quam abſolutam perfectamq; coniicim9
quis non omnium ſpecioſiſſimam iudicabit,propter quas
heroicas cōditiones ornatiſſimas nullus eſt qui te nō amet
colat atq; obſeruet.tāta in te eſt beneuolentia tāta huma
nitas ut ex proſapia etiam nobiliſſima tecum uerſari cupi
at,tuam magnanimitatē quærat atq; inueſtiget, nouimus
omnes te non ſolum forma inſignem nobilemq;, ſed de ꝓ
genie & antiquiſſima & famigeratiſſima cuius nobiliſſi/

me proſapiæ hiſtoriam enarrare tediũ moleſtiſſimũ affer re poſſet, ob quam rẽ plus tacendũ, quã aliquid inepti im perfectiq; de nobiliſſima ſtirpe tua diſſerere duxi. Vnicũ uero mea oratione breuiuſcula ſupprimendũ fore minime cenſui, Te uidelicet ex potentiſſima ducũ Mechelburgen ſiũ familia natum, cuius tanta apud maiores noſtros laus erat, ut in omniũ totius germaniæ ore uerſaret, ſtrẽnuiſſi mi duces in bellis & mari & terra gerendis extiterũt. Po tentiſſimi principes, qui ſapientiſſime eorũ gubernabant territoria, ſingulis tẽporibus aptiſſima cõſilia adminiſtra bant, tempore belli acerrimi, tẽpore pacis humãniſſimi, in omnes eorum ſubditos ſemper extiterũt. Tu generoſiſſi me princeps ALberte, tuorũ maiorum ueſtigia, una cum fratre HENrico gubernatori Mechelburgenſi duce illu ſtriſſimo exactiſſime imitaris, parẽtis tui ſtrẽnuiſſimi ex emplar formatiſſimũ repræſentas, qui non minor ſis pru dentia, nõ minor conſilio, nec in aliis uirtutibus quæ tuam inſignẽ familiam concernũt. Licet dux fortiſſime pleriſq; uirtutibus candidiſſimus floreas, in ea tamẽ heroica uirtu te fortitudine ſcilicet multos & excellis & ſuperas, cũ ui tæ, corporiſq; tui pericula tantũ paruipendas, q̃tum mini mã ipſius fortunæ fortem. Mare eñ intrepidus nauigaſti Daciam potentiſſimũ regnum tranſmarinũ uidiſti, cũctis poſthabitis periculis Galliã uiſitaſti, et omnes ferme Ger maniæ partes, iam iam perluſtrare ſoles. Cæſarem noſtꝝ MAXIMILIANVM ſemper Auguſtũ, tanq̃ tuæ forti tudinis, et bonũ et fidiſſimũ amicum uiſitare nõ neglexiſti, cuius negotia grauiſſima tua præſentia, nobis profecto iu cundiſſima, tuo auſpicio & auxilio iuuare deſideratiſſime uoluiſti. Quapropter totũ noſtrũ Viennenſe gymnaſium

quod ſub tutamine Imperatoris MAXIMILIANI flo/
ret, tuam Illuſtriſſimã dominationẽ adire uoluerit, ut eũ
honorem, quẽ de imperio principibus iuſtiſſimũ debeat,
tuæ illuſtriſſimi dominationi quoq; oſtendat, eandem cũ
gaudio, gloria, & omni laude ſuſcipiat. Demũ ſeſe totum
humillime tuæ magnificentiæ, tuæ tutelæ & cuſtodiæ cõ
mendat, commendatũq; eminentiſſime princeps tua for/
titudine protegas atq; defendas.

DIXI.

AD ILLVSTRISS. PRInCIPEM VDALRICum
Wirtenburgenſem & Theccenſem Ducem mõtiſq;
Pelligardi Comitem pro aduentus ſui congra/
latione Magiſtri Conradi Scipionis Ech/
tertingeñ. in congreſſu trium regum
cum Cæſare nomine Gymnaſii
Viennenſis oratio.

QVAM MAXIMVM quamue ampliſſimum munus
infirmis humeris meis deſumpſiſſe intelligam q fauſtum
hunc expectatiſſimi aduentus tui diem celebraturus ſum
illuſtriſſime princeps ut Vniuerſitatis noſtræ nomine con
gratulaturus, tũ clariſſimo huic literario ordini tum tuæ il
luſtriſſimi dominationi ſatis admodum liquet. Ea quidem
res profecto magno erat alicui deligenda oratori, qui hoc
immenſo dicendorum aceruo ingenii tui auctoritatem &
eloquentiam parem rerũ magnitudini & tuæ illuſtriſſime
dominationi ſubminiſtraret. Hæc ego quanta eſſent quã/
tumq; ſuo põdere uires meas opprimerẽt cum mecũ ipſe

cogitarem. cœpi uerecundus ſubdubitare mihi uitio uerti poſſe, ſi quottidianis uotis expetitam laudacionis occaſio nē non officioſe ſatis & accumulate perſoluero, dum prin cipis mei (in cuius tutela dii me eſſe uoluerint) aduētui ex/ iguam dicendi atq; ieiunam operam impartirer. Conſtitui tamē aīmo delatū fidei meæ, orationis hoc genus nullius loci excepcione, nullaue cauſa recuſare, malo enim imbe/ cillitatem quam animū accuſari. Quod ſi pro rerū digni/ tate tuaq; expectatione minime dixiſſe uidear, hanc mihi a tua dominatione ueniā concedi oportet, ita tamē ut non rem ingenio, ſed ingenium rei defuiſſe arbitreris. Vellem itaq; a diis mihi īmortalibus dari fluuiū Tullianæ eloquen tiæ, ut iniunctū mihi illud tibi, tuoq; feliciſſimo aduentui congratulandi munus cōmodius, copioſius, luculentiuſq; pficere poſſem. Neq; enī laudes tuas a cunabulis ipſiſq; crepundiis, non ſtemmata generoſiſſime familiæ tuæ re/ cenſebo, non fortunas luculentiſſimas, neq; eximias dotes quæ pro tua animi magnitudine neq; magnifacis, nihil niſi propriū, niſi genuinum, niſi tuū dicam hoc eſt ſolas ipſius animi tui dotes. Sed unde prius exordiar quam a Iuſtitia quæ ſi Ciceroni credimus, omniū eſt domina & regina uir/ tutū, quæ ſuū cuiq; tribuit, alienū non inuadit, & propria utilitate neglecta, publicam utilitatem fouet atq; tutat᷑. Cuius tu iuſtiſſime princeps ius ſanctiſſime dicis, cū te cū cta mediusfidius bona illi reipub. affore, cuius princeps ſinceriſſimus iuſticiæ cultor extiterit plane cernamus, te merito uniuerſus Vuiertenbergenſium populus uenerat᷑ & colit, qui ne digitū quidem tranſuerſum aut unguem la tū ut dicitur a legis præſcripto diſcedas. Interrogatus ali quādo Ageſilaus utra uirtus eſſet melior fortitudo an iu/

ſticia,oppido quam ſcite reſpondit nihil fortitudine indi/
gemus, ſi iuſti omnes ſimus. Iuſtitiæ Germana clementia
te iugiter comitatur, quæ te amabilem efficit atq; fauora
bilem,ſiquidem clemētia nullū magis quā regem & prin/
cipem deceat. Vnde Cicero ad Cæſarem Iulium nulla in/
quit de uirtutibus tuis plurimis nec gratior nec admirabi
lior miſericordia eſt. Nihil profecto laudabilius,nihil ma
gno & præclaro uiro dignius,placabilitate,atq; clemētia
nihil deniq; gratius eſſe poteſt eo prīcipe,q̄ talē ſe ciuibus
exhibeat,quales ſibi deos eſſe uellet. Clemētia facit ut tu
clementiſſime princeps certatim ameris ab omībus,ut te
ſit incolumi una mens omnibus. In natura beneuolentiſſi/
mus,tu indulgentiſſimus,tu deniq; optimus, clementiam
amplecteris, quæ bonis principibus iucunda eſt. Quantū
autē prudentia & grauitate ualeas, quantū maximarum
pulcherrimarūq; rerum peritia polleas, quantū deniq; in
alio quouis laudis titulo præſtes? q̄s non admiretur, quæ
enim fuit in aliquo ſapiēte homine aut prudentia in reſpō
dendo,aut in tacendo audiendoq; modeſtia, quin illa mul/
tis ſignis prius in te fuerit,a primis ut ita dicam in cunabu/
lis tuis perſpecta. Nunc uero quis ſingularē in deliberan/
do grauitatem in conficiendo celeritatem tuam: uel ſatis
admirari uel condigne laudare poterit. Age uero quam li
beralis,quā munificus erga omne hominū genus exiſtis;
quanta beneficia, quātaq; benignitate foues profeſſores
artium & ingenia litteratorum,nihil eſt me hercle in prin
cipe amabilius ipſa liberalitate. Sicut nullum uitiū aua/
ritiæ tetrius, & liberali principe cuncta bona ſperantur, &
quū tu munificentiſſime princeps tecū id reuolueris, quā
ſit optimo principi glorioſum habere ſtudiorū rationem

In tuo clariſſimo principatu innumeros artiũ profeſſores Gymnaſium illud Tubingenſe florentiſſimum, tuo nutu & ſingulari quodam fauore cõſeruas, ut id tibi merito dici poſſet q̃ olim a ſenatu romano in laudẽ Taciti imperatoris acclamatũ in curia eſt, quis melius quã litteratus imperat. Dionyſius dicebat ſe in aula habere & nutrire multos ſophiſtas & eruditos, ut per illos fieret admirabilis, dignuſq; apud alios cõmendatione. Alexander item Roma. Imper. litteratorũ hominum cõfabulatione recreari ſe dicebat & paſci. Tu illuſtriſſime princeps honeſtiſſimis ſtipendiis Gymnaſia litteraria ornas, doctos omniq; potes beneuolentia proſequeris. Tuo ergo feliciſſimo aduentui hic celeberrimus doctiſſimorum hominum cœtus plurimum congratulatur, & petit ſe tuæ dominationi cõmendatum eſſe, meq; tuæ illuſtriſſimæ dominationis alumnũ toto tibi pectore deuotum penituſq; mancipatũ benigno tuo fauore amplectere. Ac illud tibi pſuadeas uelim me ea de cauſa huc ad te ueniſſe haud quaquã ut poſſem, aut uellem tibi perſuadere, me unum eſſe, qui præclara uirtutis tuæ facinora poſſem pro magnitudine memoriæ commendare, ſed ut aliqua ex parte intelligeres quantũ laudis et gloriæ tuæ percupidũ ſit famigeratiſſimũ Gymnaſium noſtrum, pro tua ergo in enarrabili humanitate atq; clementia equo id animo patere, & ſi meret tuæ id illuſtriſſime dominationi commendatum habe.

DIXI.

ORATIO IN EXCEPTIOne REVERENDISS. Domini Dñi Gregorii de Frangepanibus Archiepi/ ſcopi Coloceñ. in Conuētu Cæſareæ Maieſtatis cū tribus Regibus nomine Academiæ Vi ennenſis, per Magiſtrū Leonhardum Coturninum habita.

ROMANI terrarum domini (reuerendiſſime princeps) maxima reuerentia dignitate & honore eos quos diis ipſis præfecerunt coluerunt, obſeruarunt atq; ſemper uenera ti ſunt arbitrabantur, namq; omnis fortunæ inſtabilitatē præcibus nutuq; iſtorum regi & figi facile poſſe. Quare li bertatem, dignitatem, auctoritatem, felicitatemq; præce teris omnibus illis tribuebant & exhibebant. Ingratitudi nis uitio turpiſſimo & nimirū deteſtādo accuſādi eſſem9 ſi nos qui ſinceram fidei ueritatem, luminis æterni ſplēdo/ rē recti tramitis ad cœleſtia deducētis accepiſſemus dog/ ma, humanæ etiā inbecillitatis per uerbum omnipotentis dei incarnatū reſtaurationē, ſi ſuos eqdem terrarū machi/ na ſtrenuos milites, nobis a ſua coeterna maieſtate in con ſolationem, auxilium & ſalutis noſtræ conſequēdæ rectū comſumatū ue præſidiū relictos non obſeruaremus atq; maximopere uenerāremur, cū quoq; olimpiaca regna gu bernans a mundi inicio, mirabile dictu, qui ſacris præeſſet conſtituerit colueritq;, eiſdem locutus ſit, legis conſtitutio nem ad moderandū uulgus & populum ſuum illis quoq; tradiderit Te igitur reuerendiſſime princeps Gregorii ſa/ lutis noſtræ præſidem, Chriſti redemptoris noſtri in terra uicarium iuſtiſſimum antiquiſsimis exemplis moniti cole/ mus & obſeruabimus, quamuis ego omnia minimus pro

tua Reuerendiſſima dignitate ſuſcipienda atq; extollēda onus mihi profecto difficile ſubiuerim, qui ſermone meo inculto pro repub. litteraria doctiſsima, cuius locū gero/ minus ſatiſfacere poſſum, Obſequi uero cupiens hanc di/ cendi ꝓuinciam a maioribus meis reuerendis mihi impoſi tam, ſuſcipere uolui, nō ut eam rerū proſperitatē ac felicē tuam fortunā quam ſemper geris explicarē, ſed ut mētis ac corporis tui gratiā, a Deo optimo maximo tibi datā in te occulte reconditā commendarē, ſcientiarū agnitionem coſumatā, uirtutum celeberrimaꝶ exercitiū & opus per fectum. quoniā ex anima & corpore cōſtamus, alterū ue/ ro excedere aliud, nemo eſt qui ambigit, Animæ etenī ſub ſtantiā ad omnipotētis dei ſimilitudinē ac imaginē factā, pretioſam, nobileq; haud corruptioni ſubiectā, nec uiciſ/ ſitudini alicui obtemperantē, corpore præſtantiorē & ex/ cellentiorē cenſere debemus, cū id ipſū omnibus in hoc or be terrarū contingētibus mutatiōibus ſubiectū eſſe uidea tur. Ob quā rem Gregori maxime antiſtes cōmendanda laudanda ac uenerāda erit tua reuerendiſs. dignitas, quæ ſummis uiribus a teneris annis, ea animū concernētia cu/ rauit acqrere, bona quæ nec igne, nec ferro, nec aqua unq̄ perire poſsunt, quorū Athenienſiū philoſophorū, tāta cu piditas acquirendi fuit, ut nec uitæ quidē periculo territi nec maximis aduerſitatibus auerſi fuere, uti in remotiſsi/ mis territoriis ea nobiliſsima bona nō quærerēt, qbus mē tem alterā hominis portiunculā decorare poſsent. Quot Pithagoras ꝓpter ſciētiæ amorē pericula ſuſtinuit, quot Plato Pithagoræ diligentiſſimus diſcipulus, qui diuinis ſu is ſcriptis cunctis gentibus ſpecimē ac ſapiētiæ opus per/ fectiſsimū exhibuit, ambo Aegyptios petiuerunt ut do/

ctrinam aliquam græcis incognitam diſcere ualerēt te ſi-
militer ea noſtræ mentis bona nulli uariationi ſuppoſita,
ingenii acrimonia clariſſima cognoſcens, Omni labore tu
am nobiliſſimam animam illis ipſis ornare curaſti, ne mēs
tua excellentiſſimo ſuo lumine orbata eſſet, et delectatio-
ni ſplendidiſſima, qua rerum cauſas, amænitate iucundita
te, et omni dulcore contemplari diu noctu q; laborat, qua-
re poetarum princeps felicem ait, qui potuit rerū cogno-
ſcere cauſas atq; metus omnes & inexorabile fatum ſub-
iecit pedibus ſtrepitumq; Acherontis auari. Nullis in tua
iuuenili ætate laboribus pepercisti, nulla uitæ pericula ti-
muiſti, nullas calamitates, quæ continuo tibi imminebant
fugiſti, ſed audaci aīmo ſingula præmiū ſperans quod ma
gnifice tibi cōtigit, aggreſſus fuiſti rei illi9 teſtimoniū ueri
dicum uidetur uultus tui maieſtas præſeferre excellētiſſi-
mum namq; ſcientiarū theſauri in te abſconditi indicium
pariter facie comparere ſolet, non hic nimirum abeſt do-
ctiſſima litterarum cognitio, non ueri a falſo diſcretio, nec
ſermonis elegantia ornatiſſima. Hic haud deeſt numero-
ſa quantitatis doctrina, nec recte ſophiæ cognitio ſcitu fa-
cile digniſſima, non ſacratiſſimi eloquii fundamina nec ea
quæ uirum in hac terra faciunt ſapientiſſimum. Nil autē
omnium doctrinarū præcepta ſine opere & uſu prodeſſe
poſſe ſole meridiano clarius cōſpiciebas quare opus con-
ſummatum atq; philoſophiæ præceptis arquiſitum cun-
ctis tuis, tum dictis, tum factis adhibere ſoles ut non mini
mum certe abſq; peculiari ratione facere uidearis, in te
GREgori glorioſiſſime Antiſtes, omnium uirtutum nobi
liſſima frugalitas quæ temperantia dici poteſt conſpicit',

N

quam agendis & dicendis lepore quodam elegantiſsimo coniungis, ꝙ unicũ in homine maximopere probãdum eſt magis autem atq; magis in tanto rerum ſpiritualium Antiſtite, q tot ſacratiſsimæ Chriſtianæ religionis hominibus uiam ueritatis indicat, luminis æterni ſplendorem, radiũq; oſtendit & demonſtrat, etiã epiſcopis reuerendiſsimis ſibi ſubiectis moderamina piiſsima ſtruit, Non alias animæ uirtutes candidiſsimas poſtponis, manſuetudinem colis, affabilitatẽ exercitas, omnium quoq; iucundiſsimã humanitatem uidelicet non abiicis, haud intellectus prudentiam & omnium uirtutum reginam ac imperatricem potentiſsimam iuſticiã ſcilicet amas, diligis atq; exerces, fortitudine cuncta pericula, omnes erumnas, ſingulas aduerſitates paruipendis, munificentia pecuniarum copiis minime parcis uti iſtud profecto apud ſcriptores adagium celebratiſsimum tuæ mentis apicem motare opinor, nobis ipſis non ſolum natos eſse ſed ẽt ad poſterorũ comiditatẽ querẽdum, ꝙ innata quadam ſollicitudine in omnibus rebus licet tua reuerendiſsima dignitas adminiſtret, in ea autem diligentſsime qua dominum Georgium conſobrinũ ſibi inclite dilectũ, comitem de Frãgepanib9 nobiliſsimũ Viennæ nobiſcum in Gymnaſio florentiſsimo artibus ingenuis edoceri cupit. Quod procul dubio omni opera & diligentia adhibita exequi uidetur adoleſcens pulcherrimus, quem æqualem ſibi ſcientiis uirtutibus prudentiaq; fieri omni ope conatꝰ, nec ſpe cunctis ſemotis ambagibus fruſtrabitur, cũ ſe abilem in doctrinis, humilem in iceſſu, mitem in loquela atq; manſuetiſsimũ in moribus oſtẽdas quas ornatiſsimas iuuentutis conditiones ſane dicere poſſum. Verũ fructibus arbor ipſa cognoſcitur, quomõ igi/

tur tuam nobilem proſapiam laudauerim probauerimq;
quã clariſſimis geſtis et actis (ut memoriæ proditũ eſt) an
te multos annos nobilitate & egregiis comitatus inſigni-
bus donatã nouimus, non ꝓpter inertiã, ſed clariſſimã rei
militaris peritiã, cui patres tui tollerantiſſimi æſtu & fri-
gore poſtergatis cõtinui incũbere cõſueuerãt. Noctis ſu-
pſtitioſis atq; fallacibus umbris nõ ĩpedientibus, nec diei
calore uel iſolito quodã algore territi deſtiterũt, ſʒ ſtrẽnu-
iſſimi regis Vngariæ cõmilitones pro patria oĩ tpe defen
dẽda affuerũt iſti armis, tu ex ea nobiliſſimia ꝓgenie ſapi
ẽtia & prudẽtia. Breuiſſima nãq; ut hiſtoriã latiſſimã ex-
tremis labiis attingã, Beda rege Vngariæ potentiſſimo a
Tartaris (ut ferunt) deuicto, & a Romanis auxilio petito
tres ſibi uiros fortes ordinis ſenatorii cum magna hominũ
multitudine in auxiliũ delegerũt, quorũ unus tuæ uetuſtiſ
ſimæ ſtirpis primus parẽs fuiſſe credit᷑, q tãta cõtra infe-
ſtiſſimos hoſtes bella habuit, ut ꝓpter rei bellicæ peritiã,
Croaciã tuæ reuerendiſſ. dignitatis patriã dudũ pacifico
gubernamine rexerit, etiã alii nobiliſſimi Comites poſt eũ
gubernatores facti feliciſsĩe moderauere, hi armis, tu ue-
ro ex ea antiquiſſima familia, ſapiẽtia prudentiaq; cũctos
excedis & ſupas, facundia tua clariſſima opitulante, atq;
dei gratia in te agente, dignitates officiaq; magnifica non
immerito adeptus es, qui eñ præpoſitus in Alba regali ci
uitate nimirũ in Hungariæ non minima factus ac ſereniſſi
mi regis Hungariæ legatus ad fratrem ſuũ Poloniæ regẽ
SIgiſmũdũ glorioſũ & uictorioſũ miſſus ita utrinq; cauſã
geſſiſti, ut & Archiepiſcopus & archigrãmateus ſummꝰ
& excellens factus ſis, inſuper ditiſſimi regni Hungariæ ſi
gilli maioris lator ac cuſtos acceptus habearis, hæc cũcta

tuæ uetuſtiſſimæ ꝓſapiæ a Romanis ortæ adiecisti mune ra, nec reuerendiſs. princeps Gregori tuū patruū dominū Chriſtophoꝝ comitē de Fraugepanibus eminētiſſimū ali quā infelicitatē ꝑpeſſum opineris, q fortitudīe ſua, cūcta uitæ picula reſpuit, Cæſareæ Maieſtati ſtrennuiſſime mi litans a Venetis ipſis captus ſit. Grata ſupueniet quæ nō ſperabit hora. Maximus enī honor eſt, uel mortē, uel in gētes calamitates pro rei pub. patriæq; ſalute ſubire, quē honorē is abſq; dubio cōſecutus eſt, q oēs hūanas aduerſi tates poſtponēs ab ipſis hoſtibus captus ſit, ab eiſdem tñ honorifice tractatus dicit. Quantū e regione honoris & gloriæ ex patruo tuo dño Michaele Comite ſaigeratiſsīo crudeliſſimi belli cōtra Turcas duce et capitaneo fortiſsīo indies coſeq̄ris, nemo eſt q ignorat, cū is ſtragibus undeui ginti truculētiſſimis Turcis feliciſsīe reluctatus ſit, eos ꝓ fligarit, interfecerit et ſemp in fugā uerterit. Si generoſiſsīe princeps tua fortunæ bona intueri uolumus, hæc omni co pia neſcio certe an corpis uel anī fauore ducta tibi coniū cta uident. Addo ſereniſſimorū Poloniæ & Vngariæ Re gū fauorē & benignā fortunā, tuæ patriæ fertilitatē, fru mēti, auri argētiq; abundantiā oīm bonoꝝ ſaluberrimā copiā. Gentis Collocēſis quā manu tua potētiſsīa Archi epūs gubernas ſincerā fidē, ſpem rectā & oēm charitatē q̄re non īmerito loco noſtri florētiſſimi gymnaſii tuā reue rēdiſs. dignitatē ſalutandā recte iſtis uerbis decreuerim.

Salue decus patriæ fidei qui lumen haberis,
Te dedit omnitenens, munera ſacra tenens.
Salue potens patriæ Romanæ gentis origo
Clara fuit tuaq;, nobilis atq; bona
Salue regens homines & fauſto ſidere terram
Illyriamq; modo, dux pie uiue, Vale. DIXI.

ORATIO AD REVERENDISS. in CHRISTO patrem & Principem Illuſtriſſimũ Vigileum, Pataviensem Epiſcopum, Cæſareæ Maieſtatis conſiliariũ in congratulatione aduentus eiuſdẽ nomine Vniuerſitatis Viennenſis per magiſtrum Georgium Hietter ex Gaubitſth habita.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOmino magnifico domino Georgio præpoſito monaſteri Neuburgæ clauſtralis, inuictiſſimi Romanorũ Imperatoris Maximiliani conſiliario ſapientiſſimo Mœcenati ſuo, Magiſter Georgius Hietter Felicitatẽ

CREBRA memoria, innumera tua in me, repetens officia, paria pro eiſdẽ tuæ humaniſſimæ paternitati facere, feruentiſſimo ardore concupiſco. atqui cũ nihil apud me tua reuerenda dominatione dignum, reperiri queat (quid enĩ inops ditiſſimo, iners prudentiſſimo præſtet) non leuiter, mihi crede digniſſime Præſes, angor, Cum præſertim erga tuã graciſiſſimã dominationem igratitudinis notã, ueluti pernitioſiſſimũ integro uiro flagitiũ, fugiendam exiſtimẽ. Mola falſa mortales, ubi thuris copia non concederet, diis quãdoq; litaſſe accepimus. Faceſſe igit, patrone mi, ac Mœcenas dulciſſime hoc noſtrũ munuſculũ quantulumcũq; aĩmo pio (ut ſoles) recipias. Quod tametſi rei de qua eſt, magnitudini inquam præconiorũ illuſtriſsimi principis, ac reuerendiſsimi VIGILEI Patauienſis Antiſtitis, minime par eſt, eo tamen gratius tibi fore credo,

quo is, cuius laudes ampliſsimas ſtringit eloquio, arctiori neceſsitudinis nexu tibi coheret. liuidorum hominū mor/ ſu non cariturum me certo ſcio, ut qui tam tenuem, tamq; ieiunam, incultamq; oratiunculam, in lucem prodire coe/ gerim. porro ubi Gymnaſiarchæ ampliſsimi imperio id factum norint, rabidulam dubio procul linguā, reſorpto ueneno, arcebunt. Proinde ſi tu, præter ceteros, præcipua nos foues beneficētia, hūc quoq; noſtrū congratulatoriū ſermonem tuæ amplitudini dedicamus, quo & ipſe, aucto ritate tua uitilitigatorū furorem ſilentium rumpere uetā te, tutum ſeſe gaudeat. Atq; hoc etiam libentius eo te do/ no munuſculo, quo promptiorē te mihi offers patronum. Sed & hoc maximopere in te mirādum duxi, quod tanta ſis in me beneuolentia ut non mō teipſū (quod gratiſſimū mihi eſt) ſed & alios quoq; cliētulo tuo obligare omni ſtu dio coneris. age igitur iucundiſſimū columen meū Geor/ gium tuū ut cœpiſti ames. Vale. Neſtorioſq; annos longe exupera. Viennæ, Anno a uirgineo partu ſeſquimilleſimo ſextodecimo. quarto Nonas Ianuarias.

INCIPIT ORATIO.

COMMENDABILIS apud priſcos (illuſtriſſime prin/ ceps) habita eſt cōſuetudo, quæ noſtris quoq; temporib9 celeberrima exiſtit, Cum alicunde noſtri aduenirēt amici, oblatis pro facultate, liberalitateq; noſtra munerib9, quo in eos eſſemus animo oſtēderemus. Idq; diligentius in prin cipib9 obſeruatum aīaduertimus, qppe q dii, nedū amici cæteris mortalibus exiſtimādi ſunt, quorū clementia pro uidentiaq; (primariis illuſtriū uiroꝝ decoramētis) ſic mor/

talibus bene habere præſtari, ſicut dei bonitate eſſe conce di, inter omnes conuenit. Fœlicem igit̃ nimiũ, ac iucundiſſi mũ ſemp illum habebimus diem, quo tibi Vigilee pien/ tiſſime præſul fauſto aditu ad nos appellere placuit, no/ biſq; deſideratiſſimũ aduentum tuũ exultantibus animis excipere conceſſum eſt. Quod ſi non ſatis optatiſſimo, iu/ cundiſſimoq; aduentui tuo, reuerendiſſime Antiſtes, gra/ tulabor, nihil integerrimis clariſſimorũ uirorum animis, ſed rei magnituduni, et ad ſuſceptã prouinciã ingenio meo longe impari adſcribere debebis. Nec credas facile inuen tum iri quenquã, nec inter maximos quidẽ oratores, cui tã ta ſit ingenii ubertas, tamq; copioſum dicendi flumen, ut ſua oratione quãlibet & concinna, & affluenti, hoc noſtrũ incloquibile gaudium, ſatis decenter enarrare queat. Eris igitur (latinitatis decus micantiſſimũ) tanto in concedẽda uenia benignior, quanto uidet̃ mentis meæ acies tenuior, dicendorum ſeries cumulatior, dicẽdi ſtilꝰ humilior. Hac eqdẽ fiducia uerba tibi facere intrepidus audebo, nec tam tuas, qui omnia quæ ex fragilitate inuito eueniunt facilis ignoſcis, quam aliorum longe a tua benignitate alienorũ aures pertimeſcam. Tanta fuiſſe quamplurimos animi moderatione, ur amicorũ oblata munera accipere renue/ rent, nullis tegitur tenebris. Telemachus nẽpe Vliſſis fili us, dono ſibi ab Agamemnone datos equos contempſit. Lyſander Lacædemonius dux Dionyſii Siciliæ tyranni, quas ad ornãdas filias ſuas ſibi miſerat elegantiſſimas ue ſtes repudiauit. Corinthiorũ legati a Dionyſio Syracuſa/ no exhibita munera aſpernati ſunt. Te autẽ magnificen/ tiſſime princeps, multo hac uirtute præſtãtiſſimũ eſſe nõ eſt qui neſciat. Proinde non aurũ, nec argentum, nec alia

id genus munera tibi omnium moderatiſſimo offerimus. Cui natura tale eſt ingeniũ, ut maiori ſemper aími conatu tua, in alios beneficia cõferendo, illuſtrare liberailtatem, quã accipiendo alioꝝ cognoſcere, nitaris. Vnde aptiſſime cõiecto te, ut ſoles in cæteris, ita in hac ẽt laudatiſſima uirtute, liberaliſſimum Imperatorẽ MAXIMILIANVM emulari, qui uel hoc ſolo ſpecimine ut cætera, quæ in ipſo ſunt cumulatiſſima ſileam, eſt ſuper æthera notus. Id nẽpe magni beneq; inſtituti animi eſt, diuitias ac opes ſibi nõ ad auaritiam et luxum, ſed ad liberalitatẽ, ac munificentiã comparare. Verum ne inanes nos ad tuam munifcentiſſimam dominationẽ aduolaſſe cogites, quod optimũ nobis eſt tuæ clementiæ condonamus, ſũma animorũ alacritate, exuberantiſſimoq; gaudio tuã præſentiã excipientes, qua nihil gratius, ſicut incolumitate tua nihil charius, & placidiſſimo uultu tuo nihil iucũdius, nec uideri nobis, nec excogitari poterit unq̃. Vel quid putas amabo, clementiſſime Pontifex uiris itegerrimis, multiformi eruditionũ genere clariſſimis, quales hac in corona cõplures cernas, gratius accidere potuiſſe, quam tui patroni noſtri præſentiſsimi frui præſentia, ad cuius, tanq̃ exemplaris a diuino numine ordinati imaginem, mores, uitamq; ſuã inſtituãt. Tantã eñi (ut a primis ordiar) religione, animi integritate ac uitæ ſanctimonia refulges, ut (quod par, eſt & ad te pertinet) clericorum omniũ regula, uita tua exiſtat. Conueniunt in te (orthodoxæ fidei firmiſsimum columen) cũ oratione uita, & cũ uerbis mores. Nihil in te fictũ, nihil ſimulatum. Tu etiam recte uiuendo, nõ ſolum bene uiuendi normulam præſtas, ſed et ea qua emines auctoritate, innoxie uiuere cogis. Intimis aími tui penetralibilibus repoſtã

hanc gerens ſententiam. Non ſat eſse optimo præcepto/
ri ſummam præſtare abſtinentiã, ni conuenientum quoq;
ad ſe puerorum mores, diſciplinæ ſeueritate aſtrinxerit. Ac/
cedit ad hæc cumulatiſsima in te iuſticiæ uis, quæ in tuo
dominio omni, uigorem retinet adeo pertinaciter, ut fa/
cillimum ſit cõiectura conſequi, te ea, qua præter cæteros
clares, uiris peritia ad communem reipub. cõmoditatem
rectiſſime uti. Non amicos nõ munera, nec aliud quicquã
quod mentem quatiat, abs te animaduerti. Quare æquiſ/
ſime, id, quod Auguſto Cæſari laudi datur, tibi aſcriben/
dũ putẽ, hoc dico quod ita magnos amicos ſuos eſſe uo/
luerit, ut pari iure eſſent quo cæteri, legibuſq; iudiciariis
æque tenerentur. Marcus Cato puer adhuc nõ precibus
Popedii Latinorum prĩcipis ĩduci, nec minis eiuſdem po/
tuit compelli, quo Latinos apud auunculum ſuum Mar.
Druſum Tribunumplebis de impetranda ciuitate agen/
tes adiuuaret. ac illo in excelſam domus partem cum per
trahente, ſeq; ni uotis reſpondeat præcipitaturũ ipſum
comminante, animum mutaſſe nullatenus dicitur. Sed
quid ad te puer ille fortitudine ac animi conſtantia ful/
gentiſſime princeps, niſi Vergiliani paſtoris errore uel ca
nibus catulos ſimiles, uel matribus hædos dicam, uel ma/
gnis parua conferã. Si prudentiã quæramus, om̃es eius in
te uires penitus congeſtas nimirum uidebimus, teq; haud du
bie ſtraboni, quondã oculorum acie centũ trigintaquinq; ſta
diorũ milia proſpicienti, palmam eripere conſpicabimur,
ſcilicet qui mentis tuæ perſpicacitate in uniuerſum orbis
ambitum diffuſa, & auguſtiſsimi Imperatotis MAXIMI
LIANI, & orthodoxæ fidei aduerſariorum moliciones

nefandiſſimas longe præuidens, ac Chriſtiane reipub. ſa/
luberrime cõſulens, memoriam tuam omniũ mẽtibus fir
miſſime imprimis. Maxima eſt apud illuſtres ſcriptores
Catonis laus, qui orator optimus, optimus ſenator, ac im
peraror optimus fuerit, quæ omnia, cũ in te ſint abſolutiſ
ſima toti orbi nomen tuũ ſumma cũ maieſtete declarant.
Singulas tuas uirtutes adamuſſim enarrare optimi cu/
iuſq; oratoris eloquentiã excedere aperte uideo, hinc ego
eas omnes cõtexere uiſus prope infinitũ laborem proſpi/
cio, & ipſa operis cogitatione fatigor. Satius itaq; exiſti/
marem otius a cœpto reſilire, Niſi propaginis tuæ inſigne
ſilentio inuolui nollet. Sed quem maiorũ tuorum cui an/
teponam Apollinis oraculo diiudicandũ tranſmitto, quo
libet partes primas, uirtute ꝓpria, dubio procul non iniu/
ria poſcẽte. Nec ſi quorũlibet egregia facinora ediſſerere
certem, ingenium quod tenuiſſimũ mihi eſt, nec dies centi
es aucta ſuppeteret. Atqui non penitus obſcura fuerit eo
rum laus, cũ tuam, qui ipſorum ueriſſimũ diceris ſimula/
chrũ, gloriam uigilantius ppenderimus. Nihil enim ambi
guum eſt, te omne quod in ipſis laudabile fuerit, refferre
uel exactiſſime. Fluctuat nauicula, ac non ſatis tuto in al
to decurrens naufragiorũ timore ad portum tendit. Sed
ecce ingerit ſe mentibus noſtris clariſſimi pariter ac illu/
ſtriſſimi domini, domini Ludouici nepotis tui utriuſq; iuris
doctoris eminentiſſimi imago, qui tua ueſtigia omiquaq;
conſectans, ad altiſsima quæq; contendit. Addit et ille na
tiuæ nobili tati, eam, quæſola, perfectaq; nobilitas a ſapi
entibus exiſtimat᷑, uirtutẽ dico, q̃ in cõſilio, dicto, factoq;
eius omni, adeo cernitur conſpicua, ut tota ab eo, ueluti ue
riſſimo eius cultore poſſeſſa credat᷑. Quantus ipſi9 erga

ſtudia & fuerit olim, & nunc ſit amor, cũ clariſſimorum noſtrĩ gymnaſii alumnorũ teſtimonio, cum quibus, cum in hoc florentiſſimo ſtudio litteris pariter & uirtutibus enixiſſime incumberet, conuerſatus eſt honeſtiſſime, tũ ſua, qua doctiſſimo cuiq; non impar eſt, ſingulari doctrina edocemur. Cæterum ſi facundiam, comitatẽ, humanitatem, temperantiam, iuſticiam, animi integritatẽ, miram cõſtantiam, religionẽq; recolamus, cui poſt te cædat nõ inuenio. Poſsẽ hoc in loco nõ importune (religioſiſsime epiſcope) innumera tua in nos recenſere beneficia, quibus non ſemel ab atro emulorũ noſtrorum ueneno adeo nos uindicare ſolitus es, ut ſibiipſis, cum inſidias nobis tendere cupiſsent, inuolucra inextricabilia extruxiſse ſeſe protinus experirẽtur, condignamq; ſui liuoris penam luerent. Senſimus eq dem paulo ante, ubi anceps prorſus de noſtra repub. ſpes extabat, quanto nos proſequereris amore. Proinde cum tua uirtute id merueris, ut & ſis, & iuſtiſsime omniũ ſtudii noſtri conſeruator appelleris, haud dubie ob ſummum in litteratos homines amorẽ, tibi patrone noſter obſeruandiſsime, Rectorem noſtrum magnficũ, ſingularum facultatum doctores, totamq; hanc litterariam cateruam cõmẽdo, & totius Vniuerſitatis nomine enixius oro, nos quẽadmodum antea, ita & nunc, & futuris eriã temporibus foueas, tuteris, & ad optima quæq; promoueas, quo facilius, tuo patrocinio freti, ſtudia noſtra, ad Chriſtianæ fidei fulcimentum inſtituta proſequi, & una tecum pro uera religione uiriliter agentes, æterna præmia nanciſci ualeamus.

DIXI.

ORATIO NOMINE FLORENTISSIMI GYMnaſii ad Reuerendiſſimum in Chriſto patrem & Dn̄m Dn̄m GEORGIVM Quinqʒeccleſienſium Epiſcopum, ſupremumqʒ regni Vngariæ Cancellarium pro aduētus ſui gratulatione a Magiſtro Ioanne Kreſling Budenſe habita.

SI QVIS VNQVAM fuit Antiſtes ampliſſime qui te præſente dicturus, ante trepidauerit cum profecto me eſſe & ipſe ſentio, & his qui adſunt uideri poſſe cōſidero. Nec immerito cū ab ineunte adoleſcentia in hunc uſqʒ diem nunq̄ coram tanto principe, tā docto, tā religioni dedito, tamqʒ excellenti uerba fecerim, Huc accedit quod eos auditores habeam, quorū de me expectationi, pro incredibili quā ob tuæ celſitudinis aduentum animis ſuis exceperunt lætitia, difficile ſit oratione quātumuis docta laudes tuas celebrando ſatiſfacere, longe tñ difficilius pro ingenita eorū atqʒ hereditaria orandi facultate, nō eſſe faſtidio rudem hūc & incultū mei ſermonis horrorem, Præſertim cū abſurdæ temeritatis, & ambicioſæ audaciæ argui poſſim, quod ſemibleſus coram tā ſapiētibus loqui audeam. At certe ſi tua māſuetudo Præſul reuerēdiſſime aliorūqʒ qui adſunt modeſtia, conſilium rationemqʒ meam perpēderint, una mecū id quod facio probabunt. Dabitqʒ mihi tua clementia ueniam, ſi qd minus apte, minus docte, aut erudite, inter orandū exciderit, Non enim iniuſſus huc ue-

nio, ſed mandato præceptoq; maiorum meorum parēdo, huic tantæ dicendi prouinciæ humeros meos ſubieci. Sed tam pfectum conſumatūq; oratorem dari poſſe nequaq̄ credam, cui tanta pro rei magnitudine dicendi affluat copia, qui ſummū illud, & inſolitum noſtrum gaudiū quod de ſplendidiſſimo & optatiſſimo aduētu tuo Georgi princeps illuſtriſſime habem9, uerbis ut par eſſet conſequat̄. Tanta eſt enim noſtra læticia, tanta exultatio, ut in tanta rerum copia nihil iucundius, nihil charius, nihil optabilius euenire potuiſſet, q̄ te præſentem aſpiceremus, uenerare mur, admiraremurq;, religioſo tuo animo, gloria uirtuteq; delectaremur. O ſi tuæ reuerendiſſimæ dignitati lincei aut potius diuini forent oculi, quibus magnifici domini noſtri Rectoris, & totius Gymnaſii ſuo crediti regimini pectora conſpiceres, uideres porfecto, quanta animi alacritate, ob pſperam tuam ualetudinem, feliciſſimūq; in hanc Vrbem Viennenſem aduentum geſtiant & exultent. Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem de ultimis Hiſpaniæ Galliorumq; finibus quoſdam ueniſſe nobiles legimus, & quos ad contemplationem ſui Roma nō traxerat unius hominis fama pduxit, quo uiſo, ſtatim diſceſſerint quid mirum? ſi nos non unius eloquentiæ tuæ, ſed innumeraq; uirtutū præconio ingentibuſq;, & corpis & fortunæ, dotibus pellecti, tā ardenti tui uidendi dſiderio teneremur, te præſentē tāto gaudio exciperem9. Cæterum cum nominis tui celeberrima fama, ubiq; gentium, ubiq; locorū, longe lateq; prædicetur, factur9 operepretium mihi uideor, ſi & ipſe laudes tuas hac mea oratiuncula Epiſcope Quinqecleſienſis reuerendiſs. extremis dūtaxat (ut aiunt) digitis attigero. Nam ſplendidiſſi-

ma opera tua tam ſunt omnibus notiſſima, tã cunctis ad/miranda, ut honeſtius quidẽ fore duxerim de his ſilere, q̃ parum dicere, tũ ut quiuis facile intelligat quantũ hilaritatis tanti præſulis aduentus nobis attulerit, atq; ut adoleſcentes noſtræ litterariæ paleſtræ te ſibi ducem, cuius uirtutem imitentur pro nominis immortalitate conſequẽda proponant, paucula recenſenda exiſtimaui. Non tamẽ auſpicabor laudes tuas a cunabulis, ipſiſq; crepundiis, ſicuti nonnulli laudatores factitare cõſueuerunt. Non ſtẽmata familiæ generoſæ recẽſebo, nam tu illã potius illuſtraſti, quã illa tibi quicq̃ ad gloriã contuliſſet. Non enĩ parentũ precibus, aut quacũq; ipſorum ratiõe habita, non ſanguinis hereditaria generoſitate, ſed tuo (ut dicitur) Marte certando, tuis enitendo uirtutibus, quæ uera eſt nobilitas, ad hanc epiſcopalem gloriã, ad illud cancellarii regiæ maieſtatis officiũ quod aliquãdiu geſſiſti, ad hos tantos faſces, tãtaq; dignitatũ culmĩa cõſcendiſti. Non præterea fortunas luculentiſſimas, non ingentẽ auri argentiq; copiã, non urbium, non hominũ, nõ ornatiſſimæ ac ordinatiſſimæ domus tuæ poſſeſſionem referã. Neq; laudabo faciem luculentam, frontẽ ſerenam, os hilare, uultũ reuerendum magis q̃ timendum, ſtaturam procerã, & alias eximias corporis dotes. Nã diuitias, honores, formoſitatẽ, uires, hoc eſt fortunæ & corporis bona, neq; tu, utpote fluxa & caduca, magnifacis, neq; inter Præſules ſolus poſſides. Non aliis q̃ tuis te pingam coloribus, nihil niſi tuũ, niſi genuinũ niſi propriũ laudabo, hoc eſt ſolas ipſius animi dotes quæ in homine ſunt principalia cõmemorabo. Atqui exconſerto epiſcopalium uirtutũ choro quo undiq; ſeptus & ſtipatus incedis, religio & doctrina uelut, Sol & Luna inter

ſplendidiſsima illa cœleſtis regionis ornamenta relucent atq; reſplendent. Ita namq; ampliſsime religioni tuæ luculentam doctrinã cõiunxiſti, ita lucernã accẽſam nõ ſub modio, ſed ſup candelabrũ ab ipſa edoctus ueritate poſuiſti, ut nẽo ſit q nõ lucẽ doctrĩæ tuæ uideat, q nõ religiõis lumĩe te totũ lucidũ, totũ illuminatũ, nulla ꝑſus ex pte tenebricoſũ cõſpiciat. Pythagoras q ſibi primus philoſophi nomẽ & ſapientiæ potius amatoris, q̃ ſapiẽtis uſurpauit, inter plurima quæ humano generi ſaluberrima documenta præcepit cũprimis monet, Deum religione colendũ eſſe, Animum diſciplinis ornandum. Tu perinde ac Pythagorici dogmatis obſeruantiſſimus cultor, adeo religione præcellis, adeo doctrina præpolles, ut nulli Antiſtitũ clariſſimorũ ſis ſecundus, agiſq; epiſcopum ex omni prorſus parte abſolutiſſimũ. Vas electionis apoſtolus Paulus in epiſcopo perfectiſſimo deſiderat ſobrietatẽ, prudentiã ſanctitudinẽ, ſanamq; doctrinam, quæ omnia in te uno affatim cumulata conſpiciuntur. Tu ſobrius, tu prudens, tu moribus defecatis ornatus, tu caſtitate uitæ ſanctiſſimus frugaliſſimuſq;. Doctrina uero tãta peculiariter excellis, ut non minus ſis eruditione q̃ epiſcopatu memorandus. Quo fit, ut omnibus fere cõuiuiis tuis doctos adhibeas, litteratoſq; diligas, ac liberilitate tua foues. Quæ uero ad tuum ſacerdotium ſpectant diuina miniſteria, ea tam diligenter, tam ſancte, tam ſolenniter celebrantur, ut omnia in his maxime caſta, ſolennia, religioſa ſint, ut ſacerdotes alii, ex iſtituis tuis relligionis colẽde formulã intuenť. Quantum uero illud quo præconio, qua laude memorandum, quod ob ſingularẽ tuam prudentiam, in maxima es ſicuti merito eſſe debes, exiſtiatione atq; autoritate, apud

ſacratiſſimũ et omni cũ honore mihi nominandũ Regem Vladiſlaum q regiis uirtutibus, quaſi cõpactus et conglutinatus duorũ regnorꝫ Pannoniæ & Boemiæ habenas ſapiẽter & ſalubriter moderatˀ, cui non ſecus ac Traiano alteri cognõmentũ optimi optime congruit, q te ex ſuis omnibus, utpote ſummæ prudentiæ Antiſtitẽ ſibi elegit, cui arcana cõmitteret, regniqꝫ Pannoniæ negotia permagna concrederet, quem ſuperioribus annis ad inuictiſſimũ Imperatorem MAXIMILIANVM nunciũ legatũqꝫ ſolertiſſimũ eſt expertus. Tu apud ſummates omnes, & proceres aulicos, pro ea qua polles uirtute & amabilis atqꝫ ueuenerabilis, mãſuetudine nemo, nemo te liberalitate uincit, Poſſem clemẽtiæ poſſem & munificẽtiæ tuæ ingentia recenſere opera ni ea clariora amplioraqꝫ eſſẽt q̃ ꝓ magnitudine ſua oratione quantuncũqꝫ docta & ornata explicari poſſint. Sed ne ficte cuiq̃ Panegyricũ texere uidear, reliqua q̃ ueriſſima uirtutũ tuarũ præconia tacitus prætexibo, quæ tamen ſi cuncta recenſerẽ, uel ſaltem ſumma ſequærer faſtigia rerũ, Ante diem clauſo componit ueſper olimpo. Iam igitˀ receptui canam atqꝫ hoc unico adiecto dicendi finem faciã. Excellentiſſimus ſacratiſſimæ Theologiæ doctor, noſtri litterarii ſtudii Rector magnificus, cæteriqꝫ ſingularũ facultatũ Doctores, Magiſtri, Baccalaurei totũqꝫ noſtrũ Gymnaſiũ, ampliſſime dignitati tuæ Præſul reuerendiſſime ſeſe cõmendãt, rogantes ut eandẽ a tua pietate q̃ & ab aliis principibus beneuolentiã experiantur, hoc eſt ut eorũ de tuo aduentu gratulatio, apud dignitatem tuam Antiſtes excellentiſſime grata & accepta ſit.

DIXI.

AD REVERENDISS. PATREM DO. IOANannem Epiſcopum Poſnanienſem, Sereniſſimi SIGISMVNDI Poloniæ Regis, ad Cæſarem Oratorem, Oratio, in eius aduentu p Magiſtrum Stephanum Sprugll, Gymnaſii nomine habita.

PRISCORVM monumentis compertũ eſt Præſul ampliſſime diſertiſſimos oratores cum de clarorũ hominum laudibus uerba facturi predirent, unius tantũ non ſummi uiri præſentia penitus obmutuiſſe. Magne autoritatis apud Græcos Demoſthenes, ſũmæ apud Romanos Cicero. Nonne pluries uel mediocris hominis cauſam oraturi conticuerunt? Quid igitur accidendum mihi cenſeam cũ coram te uiro eminentiſſimo uerba facturus uiſus ſim tã temere acceſſiſſe. Sed nec iniuſſus huc uenio qs eñ tam inermi cimba iudicet ſpumoſũ pelagus eſſe tentandũ? Verũ ingens tui aduentus gaudiũ, ac læticia tã inſueta quæ animos omniũ inceſſit, adeo me recreat & reficit ut nihil qdem mihi leuius eſſe uideat. Sed quo nã uerborũ ornatu, qua ſententiarũ grauitate, qua dicẽdi elegãtia diuinas ac innumerabiles laudes tuas cõmemorabo. Tã eñ uberrimus ac latiſſimus dicendi patet cãpus, ut nude & a quo potiſſimũ incipiendũ ſit, nõ facile dixerim. Ex copia nẽpe (ut dicitur) naſcit in opia, cũ unumqdq; ſuã deſideret orationẽ. Omitto ego hoc in loco uberrimã humanarũ rerũ omnium opulentiam, plurimas ingẽtium opum diuitias, celatum argẽtum, fuluum aurum, præcioſas gẽmas, atq; omnia fortunæ ornamẽta, quæ ueluti momentanea & caduca facile contemnas. Ea namq; conſtantia es præditus,

ut non modo fragilitatis noſtræ ſtimulos eludas, ſed etiã fortunã ipſam, quæ a priſcis illis dea eſt credita Satyrico dicente Nullũ numen abeſt ſi ſit prudẽtia, Sed nos te fortuna deã facimus cœloq; locamus. Cuius potentiã & omnibus in rebus dominiũ indicare uolentes, ſimulachrũ eius cũ copia & gubernaculo fingunt, tanq̃ hæc opes tribuat, & humanarũ re℞ regimen obtineat. Cui opinioni poeta ille maximus aſſenſit, q fortunã omnipotentẽ uocat. Et hiſtoricus q ait, Sed ꝑfecto fortuna in omni re dominatur. Sed omnia hæc tanq̃ deliramẽta quædã ab incredibili ſapinetia tua (ut rectiſſime qdem) uilipenduntᷣ, cũ nunq̃ in aduerſis opprimi, nec in ſecundis extolli uideare. Tranſeo quoq; eximias corpis dotes quæ neq; tu magnifacis, neq; inter cæteros mortales ſolus poſſides. Nam hæc fortunæ corpiſq; bona cum tranſitoria & caduca ſint, magis circa nos q̃ in nobis eſſe ſcriptores idonei tradidere, & ideo non ꝓpria, ſed aliena bona nuncupantᷣ. Ipſas uero animi uirtutes, quæ neq; ab ætate mutabiles, neq; ullo infortunio caducæ, noſtra & uera bona nominare ſolemus, quæ qdem dotes tãto precioſiores iudicantᷣ, quãto illuſtrior eſt ille in quo eniteſcunt. Quas in te uenerande præſul tãto ſplẽdidiores exiſtimamus, quãto tu inter reliquos mortales eniteſcis, Quæ in præſentiarũ agminatim ſeſe ac cateruatim ingerunt, ut poſtponi uelit nulla. Ita enĩ in ſingulis uirtutibus emines quaſi reliquas non poſſideas. Sed unde prius ordiar q̃ a prudentia, quæ (ut ſcribit Plato) diuinitus cæterarũ uirtutũ dux eſt, quæ in te adeo fulget atq; ſplẽdeſcit, ut neq; in Neſtore maior, neq; in Catone præſentior fuiſſe credatᷣ. Prudentia cũ omnes mortales, tũ potiſſimũ principes decet, qui hac duce nihil inſipienter, nihil temere in

rebus adminiſtrãdis agere neq; uolunt, neq; poſſũt. Hæc tibi præſul prudẽtiſſime amica eſt peculiaris, hæc te dies, hæc te noctes fouet ac amplexatur, quã ne trãſuerſo qdẽ digito abs te digredi ſinis. Hac duce ſingula conſultiſſime moderaris, prudentiſſimeq; cũcta diſponis, hac adiutrice in te reprehenſibile conſpicitur nihil. Prudentia germana Iuſticia te iugiter comitat̃, ſine qua principes principũ no/men amittunt, & in tyranni nomen deteſtabile incidunt. Hæc ſuũ cuiq; tribuit, alienũ non inuadit, & propria utili/tate neglecta publicã utilitatẽ fouet atq; tutat̃. Tu uero Præſul iuſtiſſime ius ſanctiſſime dicis, & cuncta uelut in li brili ꝑpendens omniũ beneuolentiã promereris. Te nulla largitio, nulla cupiditas trãſuerſum agit a recte conſulen/do recteq; iudicando, adamuſſim ſingula penſitas, & con/trouerſias omnes citra odiũ cuiuſpiam diligentiſſime cõ/ponis. Sed quid de clementia, liberalitate, innocẽtia, affa bilitate referã? quæ principes efficiũt amabiles, populos uero ſubditos. Enuero clemẽta (ut cæteras uirtutes inte/rim tranſeo) neminẽ magis ex omibus ut ſanctiſſime inqt Seneca q̃ regem & principẽ decet. hæc eſt illa uirtus quã in Cæſare Dictatore luculenti ſcriptores laudant & extol lunt, qua principes omnes exuperaſſe fert̃. Nam magno & præclaro uiro nihil dignius placabilitate atq; clemẽtia, nihil deniq; gratius eſſe poteſt eo principe qui talẽ ſe ciui/bus exhibeat quales ſibi deos eſſe uellet. Clementia facit ut Princeps animus ciuitatis, ciuitas corpus principis eſſe dicat̃, hæc facit ut tu clementiſſime præſul certatim ame ris ab omnibus, ut te incolumi una ſit mens omnibus tuis. Cum tu natura humaniſiſſimus clementiam amplecteris quæ bonis principibus iucũda eſt, Crudelitatẽ deteſtaris,

qua ſanguinarii tyranni pro uoluptate fruuntur. Age ue/
ro quã munificus, q̃ liberalis erga omne hominum genus
exiſtis. Quanta beneficentia, quãta benignitate, foues ar
tium profeſſores, & ingenia litteratorum. Hinc ad te (qui
decus & præſidiũ es eruditorũ) noſtra tempeſtate tanquã
ad aſylum quoddam doctiſſimi quiq; decurrunt. Et pro/
fecto nihil melius agere poſſunt optimi uiri, quam ſuble
uare doctos, fouere eruditos quorum ſcriptis immortales
efficiuntur. Quis enim noſcet Cæſarem immo Cæſares q̃
plurimos niſi Suetonius Tranquillus extitiſſet? Quis
Alexandrum illum Mecedonem fuiſſe ſciret, niſi Q. Cur/
tius & Plutarchus illius geſta ſcribendo, poſteris lecti/
tanda reliquiſſent, Quis Scipionem imo uero Scipiones,
quis. C Pompeium tribus fulgentem triumphis hac tem
peſtate cognoſceret niſi Titus Liuius, & Mar. Tullius
eorum commẽdatores laudatoreſq; fuiſſent? Deniq; Ro
manos Grœcos & externos omnes, nonne tenebræ ocupa
ſſent, & ſitus quidam obduxiſset niſi illos luculẽti ſcripto
res ſuis ſcriptis immortalitati donaſsent. Bene igitur facis
doctiſsime Præſul, qui litteratos amas, eruditis ſuffraga/
ris, qui tibi cumulatiſſimam gratiam referre quæunt, de
te ſcribentes, & præclara tua facinora celebrantes. Illud
uero laudabile eſt ꝙ inter tot curas, tot negotia, tot dome
ſticas & externas rerum maximarum ocupationes nõ in/
termittis ſtudia litterarum, Cum negotiis ocium diuidis,
& hiſtoricis lectitãdis ſucceſſiuas horas impẽdis, in quoꝝ
lectione tanquã diuerſorio ſuauiſſimo conquieſcis, ita nul
lo tempore deſidiæ te dedis aut inertiæ, neq; unq̃ marcore
torpeſcis. Inde totius naturæ conſcius diuina & humana
quidem archana omnia tenes. Et certe uita bonorũ prin/

cipum qualis es tu cœleſti naturæ quã ſimillima eſſe cre/
ditur. Vt enim indefeſſa uertigo cœlum rotat, ut ſol & lu/
na ſtare loco neſciunt, ita tu continuatis negotiis ſemper
irrequietus es & ſemper exercitus. Semper habes quod
tractes, quod agas, quod mediteris. Quid uero de mode/
ſtia ac temperantia unica dicam, qui in mediis delitiis col/
locatus, delitias non amplexaris. Qui inter ſexcenta milia
uoluptatum poſitus, abſtines a uoluptatibus, qui inter in/
centina libidinum inſtrumentaq; luxuriantis fortunæ, ca/
ſtum agis Præſulem & frugi

Ardua res hæc eſt opibus non tradere mores
Et cum tot Crœſos uiceris, eſſe Numam.

Itaq; cum inter bonos ſis optimus, inter optimos clariſſi/
mus. Merito te (qui tuis uirtutibus ad Epiſcopalem uſq;
dignitatem aſcendiſti) a Deo ultramundano mortalibus
datum eſſe credimus, & tibi uerſiculum hunc optime con
uenire exiſtimamus

Solus habes laudum quicquid poſſedimus omnes.

Has tantas uirtutes quæ a teneris unguiculis te ſunt comi
tatæ, ornat & illuſtrat egregia ſtatura, facies luculẽta, os
probum, frons uerenda, & uultus amabilis, quæ etſi non
aĩ ſed corporis ſunt bona, ſed principi plurimũ uenerati
onis addere, & uirtutes in eodẽ gratiores efficere uidentˀ.
Quoniã ut eleganter cecinit poeta Gratior eſt pulchro
ueniens in corpore uirtus. Accedit ad hoc clariſſima ac no
biliſſima familia tua, quæ omnẽ antiquitatem excellere
uidetur. Quam pluribꝰ uerbis extollendã eſſe iure cenſe
rẽ, niſi adeo ab omnibus elaudata ut nulla amplius laude
creſcere poſſet. Quare de ea ſilere malo q̃ pauca dicere.

Ne medio itinere non minus deterritus q̃ defeſſus repen/te ſuccūbam. Solent qui panegiricos ſcribūt ueris princi/pum laudibus uanas falſaſq; laudationes cominiſci. Ego uero illuſtriſſime Antiſtes ex tuis quāplurimis uirtutibus multas cogor præterire ne i immēſum creſcat oratio. Citi us enī mihi uerba deeſſent q̃ ſcribendi materia. Quocirca finem facturus (cū laudum tuarū teſtimonia mauis in pe ctoribus eſſe q̃ in linguis) ea quæ (utcūq;) in mediū attuli æquo animo, claraq; fronte ut ſemper conſueuiſti pientiſ ſime præſul excipias oro. Ac Rectorem Gymnaſii noſtri magnificum & doctrina & morum integritate nulli ſecū/dum, Doctores in omni ſcientiarum genere celeberrimos. totam deniq; litterariā hanc cateruam tuæ illuſtriſſimæ dominationi cōmendo, & ut ex innata clementia eos ipſos tua ope patrocinioq; tuo fouere atq; amplecti uelis etiam atq; etiam ſupplex oro. Tu uero Deus ſumme optime ac totius machinæ opifex cuius numen ineffabile eſt, & ma/ieſtas innominabilis te oro ac præcor ut. N. Præſulem op timum clementiſſimum, ac uitæ ſinceritate nitegerrimum diutiſſime foueas ac tuearis, ut ei annos Neſtoreos largi/aris, ut eius uotis annuas, ut eum beneficiis tuis cumules ornes, illuſtres, ut uirtutibus factiſq; ſuis clariſſimis inter mortales famam immortalem, & nomen apud poſteros ſemper duraturum ſibi comparet. Ac tandem plenus an norum naturæ debitum ſoluens ipſe beatiſſimus æuo perfruetur ſempiterno.

DIXI.

ORATIO AD REVERENDVM IN CHRISTO Patrem & Dn̄m D. MATHIAM de familia & domo Dreuitius, ex magnatū proſapia ortum Epiſcopum Vladiſlauienſem & Cuiauien̄. nomine uigoroſi Gymnaſii Viennæ Pannoniæ per Magiſtrū Leopoldum Hellnſdorffer Vienɫnenſem demandatoriæ in ſtipato litteretorum hominum cōuentu habita.

SI REDEAT illa gentis Traciæ prudentiſſima et ad circūſcribendū ſe ipſam ingenioſa mortalitas, hanc certe nodieculam nō atro quidē luctibundoue, ſed fauſto & felici cādidoq; lapillo calcularet; ſortireturq;. Si deniq; Romanæ maieſtatis priſca & triūphantia ſæcula ab īferis reſurgerent, reſpirarentue, & urbem paſſim & compita uiridāti feſtaq; frōde circūuelarent, qd ſi redeat dictum Liſandri Lacedemonii diro ſumme uirtutis atq; imperii claritudine celebratiſſimo. Qui cū ad Cirum Regem Perſarum nomīs & belli ſplēdore cumulatiſſimū ueniſſet cuius purpurā & corporis ornatū, nitoremq; multū auro rigentem aſpectans dixit: recte te Cirum beatum ferūt quoniā fortunæ tuæ uirtus cōiuncta eſt, qui cum toties reuolutū orbem approbe commemorarē & omniū hiſtorias (ut ita dicam) conſtringerē præſentiū nutui ſingula tempora haud iniqua fronte ſubigerē, & me Liſandri Lacedemonii dictis rectiſſime te affari conſtituerē deligeremue, cum tua purpura regionis candor, corporis nitor honeſtatis ſpecimen, rigens aurum animi magnanimitas, uirtuti laudabiliſſime

haud indigne aſcribi diiudicetur, cuius apex in tui pontifi-
cii operibus nutare uidetur. Equidẽ mihi decretum nihil
tam exalto reperiri poſſe confido, ob tuæ laudis celſitudi
nem quod non cogitanti tibi in ꝓmptu ſit, aut tibi operan
ti ueritatem non aſpiret, de ſingulis uirorũ præclaris (hi-
ſtoriarum ſpeculis) quicq̄ diſſerendo. Sic omni iucundita
te, ſcientiæ, doctrinæ, morum & uirtutũ conſperſa, huius
litterariæ reipub. exculta Academia inclita Vniuerſitas
Viennenſis. O ſacer Antiſtes, nec tãtum tuã præſentiam
purius affectatã, magnificenti ãq; tuam maturius ſpecta
tã, regiumq; comitatũ quẽ liberrime foues amplectitur:
nec tantũ conſtantiã tuã qua Q. Sce. (uiri cõſtantiſſimi)
acta glorioſe imitaris, ſed & libertatem tuam, cæteris bo
nis præſtabiliorem, qua & hominis imaginem, & naturã
ueriſſime reſpectari exemplas qua uiuis uolendo, recta ſe
quendo, per quã uiuendi uia tibi conſiderata atq; prouiſa
eſt, qua legibus non metu obtemperas, terroribus nec ce-
dis, ſed gaudens officio id ſalutare maxime eſſe iudicas, cũ
nihil dicis, nil agis, nil cogitas, ni libere ac propoſito mere
uoluntario, cuius omnia conſilia, reſq; omnes quas geris,
ab ipſa manant atq; ſcatent. Quid ue de te MATHIA
epiſcopo Vladiſlauienſe de domo Dreuicius adnominatũ
auſcultabilius (inter orãdum) ſubſeram q̄ ut armis rubei
bouis de eadem domo præmonſtratum eſſe proteſtem,
equidem de magnatum genere te proceſſiſſe, & ex fratre
Adam & tribus ſororib9 numeroſa nepotum & neptium
ꝓpagine affuſum. Qui primũ Regis Alberti, primus au-
læ moderator declaratus ſubcancellariatus officio eras ꝓ
uiſus, defuncto autẽ Alberto rege per Alexandrũ regem
Epiſcopatum præmiſlienſem humane aſſecutus es, Sub

quo Præſulatum & uicecancellariatũ tenuiſti, regente au, tem Sigiſmundo rege præſente, ſub alludẽtis fortunæ po tente ſceptro, Cancellarius effectus, in quo officio exiſtẽs epiſcopatu Vladiſlauienſe donatus es officium cõcellarie reſignando in quo ſtatu cuius præclara facinora ſingulis perſpicua. Singulares uirtutes familiari uitæ præeminen tes. Verum etiam religionis exempla populum dirigẽtia quæ in te tuiſq; percepit litteraria reſpub. ardẽter perſpi cit contueturue. Admiratur ueterum uerſans uolummina antiquitas Numam Pom. in contemplationis & religiõis genere uirũ cõſũmatiſſimũ. Metellũ militia grauiſſimũ uitaq; integerrimũ, reliquoſq; uiros qui ſingulari ꝓuiden tia gentilium ſuperſticioſam religionem auxere, populũq; adhuc agreſtẽ (multifaria perſuaſione) ad immortaliũ de orum induxere uenerationẽ quos tu. O digniſſime præſul in Chriſtifidelium unitate quantũ eos antecellas deꝓme rere heſito, affectum tñ uolẽs effectui ſuppliciter deuoue ri. Miratᷣ itidem Scipionẽ Naſicã maieſtatis Romane im peratorem ſplendidiſſimum, qui ſenatui romano uir opti mus iudicatus, eum ipſum dignum fore deorum matrem hoſpicio acceptare, quod factũ Romana celſitudo omni ſplendori triumphali ſemper præferendum eſſe credidit, Itaq; quantomagis O digniſſime Præſul a quo digne ſuſci piaris (tam benemeritus) lingua enarrare dehiſco, nõ tãta cultꝰ uanitate, tãta luminis obcecatione, tãta deniq; glori abunda iactabundaue præeminentia dementer tractatũ eo ꝙ non ſis illa ueritatis deluſio. ſenſuũ caliginoſa (& ut de aliis obſileam) inuincibilis obumbratio, ſed ardentiſſi ma Chriſtianitatis lucerna. nec ab illo Naſica quãuis quõ dam Romanorũ Imperatore illuſtriſſimo, ſed a tã ægregi

Q

orum uirorum illuminatiſſima & ſplẽdidiſſima reuereris & acceptaris corona, cũ & omnibus incolis (quodam con cuſſu intuitu) reluceas tuæ præſentiæ congaudentibus te omni ſanctitate, & uirtutum nobilitate, clareſcentem inſig neq; adornatũ, uitæ integritatis colume, eiuſdem cõſuma tionis inplementum, necnon cõtemplationis ſpeculũ, ue/ nerationiſq; diuine miraculũ. itaq; eo amplior eſt laus tua magnifice præſul eo præclarior, eo diuinior, q̃ oẽs uigilias oẽs curas, ad uirtutes ipſas deũ optimũq; retuleris? Si te omnes ante oculos ponunt, & q uirtutẽ ꝑpter ſe colunt & qui comodis ſuis eam definiunt, dicent, quia te in omnes beneficentiſſimum præſtas, prodes & tu quidem omni/ bus & exemplo uitæ & donandi munificẽtia. idcirco cum ille ſis qui pro regia iſta innataq; tibi animi magnificentia generoſitateq;, & in audito quodam ſplẽdore mirifice cla reſcas, cum reliquas omnes illuſtres diſciplinas inſigneſq; uirtutes ſemper magnifaceres tũ haſce primo quæ ad rei pub. literariæ eruditionẽ, indolem, protectionem, pertine re uidentur magnipendiſti, noſtra Academia altiſſimarũ diſciplinarũ mater inſtitutiſſima cultiſſimaq; digniſſime Præſul theſaurũſuum indeficibilem, ecce Gymnaſiarch/ am magnificum, ecce doctores omniũ facultatum uiros illuminatiſſimos uenerabilem doctiſſimorum uirorum co ronam & reliquam tironum uitam ingenioſiſſime inſtitu/ tam commendare dignatur. Quo circa nunc digniſſime Præſul hanc noſtram literarum exercitatam paleſtram tuæ fidei tuiſq; uotis obnoxiam, piis defende tuereq; & ſi obliquum quid fuerit reflecte, modera & tu quæq;. ſub aliſq; nos ſereniſſimo principi Sigiſmundo Regi & glorio ſiſſimo & ſacratiſſimo Imperatori MAXIMILIANO

ſemper auguſto, patronis, cōmēdas, ex intimo ſincerocq; corde flagitamus, pro quo nos ipſos totāq; rerum opam uigiātiſſimam tuæ claritudini uene rande æuo pollicemur ad uota.

DIXI.

AD REVERENDISS. IN CHRISTO PATrem & Dominū D. PETRVM dei gratia Epiſcopū Præmiſliēſem, & Regni Poloniæ Vicecan cellarium. Rudolfi Agricolæ Iunio/ ris Rheti Oratio.

TANDEM quod ab immortalibus diis ſemper uotis & precibus optaui, Reuerēdiſſime Antiſtes, illa mihi dies uenit, quam quidem lætiſſimam omnium hodiernā illuxiſſe ſentio in qua diuinitus datum eſt & tantū & tam præſens numen tuū intueri, colere & ſaltem integra mente ac uera fide uenerari. Quamprimū eī de tuo ad nos aduentu fa/ ma perlata eſt, unū me ex omnibus, ad tantam licet rem obeundam minime idoneum magnifici noſtri Gymnaſiar chæ ſingularis humanitas dignum fecit, qui & amplitudi nem tuam in hoc clariſſimorū uirorum conuentu, in hac tāta celebritate, in ingreſſu huius noſtræ urbis pro more, conſuetudinecq; laudarem & ei pro immortali eius gloria gratularer. maxima igitur & ampliſſima me gloria dignū arbitrarer, ſi perpetuis & exquiſitiſſimis eam laudibus ſa tis pro dignitate extollere poſſem, quod nullo ꝑfecto pa/ cto conſequi poſſum, ea eī altiſſima res quæ pro ſua ma gnitudine tractata ad longum uſq; uolumen excreſceret, & nobile qđlibet ornaret ingeniū, certe magno erat alicui

deleganda oratori qui hoc immenſo dicendorum aceruo ingenii uim, auctoritatẽ & eloquentiã parem dignitati & rerꝝ magnitudini ſubminiſtraret. Hæc quanta eſſent, quã/tumq; ſuo pondere uires meas opprimerent quũ mecum ipſe reuoluerẽ, cœpi uerecũdus ſubdubitare (quũ fuerim ſemper ac ſim tuæ laudis ſtudioſus atq; uirtutũ tuarũ & admirator & prædicator) mihi uitio uerti poſſe, ſi quotidi anis uotis expetitã laudationis ocaſionẽ non officioſe ſatis & accumulate perſoluero. Non uidi equidẽ quibus uer/bis exordiri melius poſſem q̃ iis quæ uno tempore & incre dibilem noſtram læticiam ex aduentu tuo ſuſceptam oſtẽ/derẽt & ſingularem noſtrã erga tuã amplitudinem obſer/uantiã demõſtrarent, & tui uenerandi nominis immortali tatem extollerent & auidiſſimam omniũ de te expectati/onem declararent. Aſpice quæſo Reuerendiſſime præſul hanc clariſſimã doctiſſimorum hominũ coronam & præ cellens gymnaſium, quis eſt q non ſingularem ac pene in/credibilem uultu ipſo ac facie læticiam præſeferat. Ta/li olim gaudio delibutos Perſas cenſuerim, in Zopyri ad/uentu poſt Babylonis expugnationem, quẽ Darii regis iu ditio nemo Perſarũ præſtantia ſupgreſſus eſt, Tali Athe nienſes læticia fuiſſe nemo eſt omniũ qui inficias eat, quũ poſt diuturnũ exilium apud Euagorã regem Cypriũ atq; ducatus Artaxerxis Perſarũ regis electionẽ, uaſtatis La/cedemoniorum terris Conon Athenas redierit. Verte ad nos uenerandum tuum conſpectũ, nihil profecto uidebis ob hunc expectatiſſimũ aduentum tuũ & iamdiu ab om/nibus deſideratum nõ plenum gaudii, non plenũ læticiæ, non plenum hilaritatis. Vident enim uniuerſi atq; animo ſuo cõtemplantur eiuſmodi ſibi hodie diem illuxiſſe quo

uel gratiorem uel iucundiorē ne optare quidē potuiſſent. Gaudet hoc florentiſſimum noſtrum gymnaſium merita te proſequi obſeruantia, cuius ſanctiſſima uitæ integritas omnibus perſpecta eſt, & quē tam natalium claritudo q̄ innumerabiles uirtutes nullis non amabilē efficiunt. Tanta eſt eñ uirtutũ tuarum multitudo ut in eis cõmemorandis non minus negotii ſit q̄ in enumerandis cœli ſyderibus elaborare. Quantũ enim prudentia & grauitate ualeas, q̄tũ maximaꝝ, pulcherrimarũq; reꝝ polleas ſcientia, q̄tũ deniq; in alio quouis laudis titulo præſtes, quis non admiretur? Propoſuiſti tu quidem ſapientiſſime præſul nil melius, nilq; felicius agere poſſe q̄ præclara ſcientia pornari, illudq; Ariſtotelis ante oculos corãq; ſemp habuiſti ſummam felicitatē claris ſpeculatiõibus acqri oportere, quæ quidem res, quaſi deo quodam aurem uellicante, in ſpem animũ tuum erexit, fecitq; ut poſt prima litterarũ fundamina in celeberrimo Cracouienſi Gymnaſio iacta, multis te annis in Italiæ ſcholis cõtinueris, & a teneris (ut aiunt) unguiculis ocium & deſidiã tanq̄ labem quandam ſemper effugeris, illud Naſicæ omniũ probatiſſimi nimirum ſæpe tecũ repetens, quum nunq̄ animo induci potuit, ut optaret rempub. Romanorũ hoſte carere, omnino ueritus ne ſublato hoſtium metu Romanũ illud robur atq; armorũ peritia in ſocordiam abiret atq; luxuriã. His accedit tua illa admirabilis omnibus in rebus animi magnitudo, ſingularis modeſtia, ſumma benignitas, præcipua quædã uitæ ac morum obſeruantia, quibus aut cæteris uirtutibus regiis adeo præditus atq; ornatus es ut nemo ad te accedat qui non iam ſe mortalem hominē ſed felicem ac pene diuinum intueri arbitretur. Vtinam mihi a diis immortalibus

datū eſſet ut diuinis laudibus tuis Reuerēdiſſime Præſul, ſi non oīno ſaltē aliq̄ ex pte parē eloquentiā præſtare poſ/ſem,quādo em̄ diuina poti⁹ quædā res q̄ humana uideat̄, modeſtius eſt de ea ſilere q̄ tenuiter loq̄,ut tuæ ergo fami/liæ nobilitatē omittā,q̄ tot iā ſæculis īter tot nobiliſſimas, antiq̄ſſimaſq; totius Poloniæ domus q̄ſi ſol quidā illuxit, ut itē res a maioribus tuis diuerſis tēporibus præclariſsīe geſtas,q̄s cōmemorare infinitū eſſet, prætermittā,q̄s ad/eo oī dicendi genere cumulatus orator repiri uel(q̄d ſētio dicā)excogitari poterit, q̄ diuinas uirtutes tuas aio, ne di/cā oratiōe cōplecti poſſit. q̄s ſingularē in deliberādo gra uitatē,in cōficiēdo,celeritatē ī agēdo gubernādoq; iuſtitiā uel ſatis admirari,uel digne laudare poterit. Omittā hoc loco ſūmā uitæ ſāctimoniā,in fideq; catholica deuotiſsiā; religionē,dei īmortalis cultū,expolitiſſimā moꝶ uenuſta/tē,mirificā hūanitatē tuā quā tibi cælit⁹ demiſſā oēs ad/mirant̄,& q̄ unica q̄dem in re coꝶ, quos noſtra fert ætas certe nemini cedis. Cyr⁹ ille Perſaꝶ rex mihi ī mentē ueit quē aiūt dictitare ſolitū,nullū tā puri pricipis mun⁹ q̄ hu manitatē hoībus præſtare. Memīſti Cæſarē Auguſtū cle mentiſſimū in primis uirū adepto impio gloriantē, q̄d illū iam gradū aſcēdiſſet, unde uniuerſis benefaciēdi facultas præſtaret̄. Illoꝶ humanitatē nullo unq̄ pacto tua eſſe in/feriorē pateris. Nota hæc ſunt oibus, q̄re non mirū uideri debet. Si Sigiſmundus īuictiſſimus Poloniæ rex te hoc ta li,tanq̄ præclaro dignitatis munere decoratū iri uoluerit. Hæc eſt ꝑfecto ſcientiæ ac uirtutis tuæ merces, hæc ſunt præmia q̄ incredibilis ingenii tui magnitudo,pulcherrima rū artiū ſtudia,elegans dicēdi copia,præcipua relligio,re/gius deniq; ſplēdor atq; magnificētia pepererūt. Et qū ta

lē,tāq; eminentē ſis dignitatē conſecutus,maxīa qdē laus Regi tuo acceſſit,quē cognoſcēt oēs in uirū bn̄meritū col locaſſe ampliſſimā dignitatē,et uirtutē ab eo tātope exor nari,decorariq; ſolere,q non inhiātibus dignitati, non am bitiōe laborātibus,ſed benepromerētibus illā contulerit. In hoc quoq; Romanoꝝ prudentiā imitatus q Scipionē, quoniā conſulatū haud petierat unq̄,bis conſulē effecere, Verū id tibi accidiſſe puto qđ antea M.Catoni contigiſſe tradit̄ q quo minus gloriā petebat eo magis illā aſſeque/ bat̄. Solent prætere a hi ſublimes honores & excelſa dig nitatū culmina iflare hoīes,eoſdēq; ſui ſplēdoris luīe adeo efferre,ut nedū alios ſed ne ipſos qdē ſatis cognoſcant, nō q ipſi ſint ſed qđ poſſint reſpiciētes. Ex pompa.n.& faſtu æſtimari uolūt & adeo priores exuūt mores, ut oīm meri to eſſe obliti uideant̄.Tibi uero R.Antiſtes quē optima/ rū artiū & ſacraꝝ litterarū ſtudia,humana oīa deſpiciēda docuere, lōge ſecus euenit,nulla elatio, nullus faſtus,nul la uerba inflata in te depræhendunt̄, ſed q̄to ſublimius te ipſū euexiſti,tāto te geris ſubmiſſi9. Hūanitatē uero atq; clementiā,quā p id tēpus agebas nō ſolū cōſeruaſti ueꝝ/ etiā mirū in modū auxiſti. Plura me de hac re dicere cogi tantē immēſus negotiorū tuoꝝ aceruus lōgius ſermōe dif ferre nō patit̄.Permittes igit̄ R.Præſul huic nr̄æ congra tulationi finē facere ſi illud unū adiecero, ut celeberrimū hūc nr̄i Viennēſis Gymnaſii cœtū haud quaq̄ ea de cauſa ueiſſe arbitreris ut uellet aut poſſet præclara uirtutū tua/ rū facinora me tenui admodū buccinatore ꝓ magnitudie celebrare,ſed ut aliq̄ ſaltē ex parte intelligeres q̄tū laudis & gloriæ tuæ ꝑcupid9 ſit,quē ut ꝓ tua aīmi māſuetudine cōmendatū habeas,unanimi te uoce cōcorditer oēs enixe rogamus. DIXI.

AD REVERENDISS. in CHRISTO PATREM & Dñm D. MATHEVM Sancti Angeli Cardinalem Gurcenſem coadiutorẽ Saliſburgenſem, generalẽ imperii p Italiam locumtenentẽ Rudolfi Agricolæ Iunioris Carmẽ.

QVIS mihi det curua cytharam quæ pendet ab anſa
 Puluereo quamuis ſit putris illa ſitu.
Porrige ſeruatas ad idonea tempora chordas
 Quas ea (ni fallor ſuſpice, pixis habet.
Quo fugis? auritos poſcunt mea carmina teſtes,
 Num propriis ſurdus laudibus eſſe cupis?
Oderunt nunquam ſua dii præconia, diuis
 Laus placet, & grati pectoris obſequium.
Sed prius arripiam quam plectra Chelimq; paciſcor
 Edoceas, tanquam ſingula ſcire uelim.
Quis dedit hos habitus, præſul celeberrime, quiſnam?
 Vnde uenit quondam pontificalis apex.
Vnde inopinus honos? unde hæc tibi gloria? & unde
 A ſummo ad plantas uertice pulcher ades?
Quo uetus abſceſſit frontis decor ille? to tondit
 Quis tibi Phœbeam (dic mihi) cæſariem?
Quis Cidarim capiti dedit ornamenta bicornem
 Crinis Apollinei iuſſa ſubire uicem?
Quis galeam & rubeum, decus immortale, galerum
 Crinibus impoſuit? quis diadema comis?
Quis baculum lybico diſtinctum dente; luporum
 A rabie pecudes quo tueare dedit?

Attalico dum ſacra facis uelatus amictu
  Quæ non te circum conſpiciuntur opes?
Aemula ſyderibus tibi frons radiare uidetur
  Noctis ut in medio munia ſolis agat.
Quis tibi gemmato digitos incluſit in auro,
  Vt ſponſæ ſubeas connubiale iugum?
Quis ſuras ocreis texit, ne peſtifer ictus
  Dum pecori ſpargis pabula, crura notet?
Auratas pedibus ſoleas quis ſubdidit, auro
  Vt diſcas quam ſit ſors tua nobilior?
Hæc ſunt (ſi neſcis) ſtudiorum firma tuorum,
  Virtutis ſunt hæc præmia certa tuæ.
Hæc tibi palladiæ tribuere monilia nymphæ,
  Hoc eſt, iſta nouem dona dedere deæ.
Nunc metis ubertim iacto pro ſemine fructus,
  Proq; oleo & lichno nectar & ambroſiam.
Colligis (ecce) uirens ſegetem, quam ſparſerat ætas,
  Tunc bene cultus ager, te modo gratus alit.
Hanc ego crediderim legem ſanxiſſe deorum
  Concilium, ut, quæ quis ſeuerit, illa metat.
Nunc iuuat, a primis quod ſemper inhæſeris annis
  Fœcundis ſophiæ pendulus uberibus.
Aſpice, quam tua te probitas euexit in altum,
  Vt uix quo ſcandas altius eſſe queat
Nam quantum eſt plumbo lydum præſtantius aurum
  Scæptrigeris tantum es regibus anterior.
Hæc mundi dominus tibi Maximus Aemilianus
  Contulit exactæ pignora militiæ.
Ille tui reputans animi, quibus integer eſſes,
  Munera, te lateri iuſſit adeſſe ſuo.

Atq; adeo incaluit uirtutum ardore tuarum
Tractus,ut Aeneam traxit Achatis amor.
Illius hæc in te pietas ueneranda coegit,
Iuſſerit ut quicquid obſequioſus agas.
Quo fit ut ille ſuum tibi commendarit ouile,
Inſacraq; ſuas relligione uices.
Te ſibi delegit, pleno cui pectore Cæſar
Afforet,inq; dies cui meliora daret.
Talibus obſequio dominis ſeruire perenni
Effigiem uitæ liberioris habet.
Vix aliter poterat ſua ſurripuiſſe ſepulchro
Nomina,quam tali te decoraſſe gradu.
Quam diuum & ſophiæ quam ſit probitatis & æqui
Cultor,ubi excoluit te,ſatis edocuit.
Quæ ſimul ac didici populo exultante repente
In noua feſtiuus gaudia proſilii.
Mox cœpi angelicum diis pſallere gloria carmen
Vniparæ fuſus uirginis ante tholum.
En patuere meis ſuperorum uocibus aures.
Dum pro te extendi cum præce ad aſtra manus.
Quam bene delegi pro quo deuotus ad aras
Acceſſit ſupplex thura Sabea ferens.
Namq; tibi hæc precibus teneri ſunt parta poetæ,
Quid ni?dii faciles uatibus eſſe ſolent.
Quod ſint cura deum uates, quod uertice cœlum,
Quod quadam tangant proximitate deos.
Optabam implerent Zephyri tua carbaſa,puppi
Vt magni afflaret Cæſaris aura tuæ.
Euenere,noto tua nat ratis icta ſecundo.
Audii ex alto uota pudica deus.

Arriſere nouem tibi cum Ioue numina dextro,
Et Gemini, & Charites, Pallas, Apollo, Ceres.
Affuit aſtrorum tibi Grex duodenus, aquarum
Numina, & Eolio cum duce, blanda Thetis.
Arriſit populi uotum, pietaſq; ſenatus
Purpurei & ſummi gratia pontificis.
Teſtibus his tua laus ſatis explorata pudicum
Eſſe tui oſtendit Cæſaris ingenium.
Hæc tua ſumme pater probitas in herile redundat
Grande decus repetens fluxerat unde caput.
Diſcere ſi domini mores & principis optes
Tu prius in famulum lumina flecte gregem.
Teſtis Alexandri fuerat ſua curia, & agmen
Scortorum qualis Sardanapalus erat.
Quiſq; ſui ſimiles ſibi delegit, ordo clientum
Declarare ducem, quos regit ille, ſolet.
Vndiq; qum ſcateas igitur uirtutibus, umbra
Quam magni ſequeris Cæſaris una fuit.
Ille tuum titulis caput illuſtrauit in orbis
Finibus, hoc uix plus, quod dare poſſit, erat.
Atq; tuum gradibus genus extulit, auxit & inter
Terreſtres uoluit ſcæptra tenere duces.
Felices animas, regnum felicius, urbem
Diis gratam, cui te contigit eſſe ducem.
Ergo age non cannæ ſtrepitu tibi læter agreſti
Pontificum excellens, Cardineumq; decus.
Dent fugitiua alii tibi xenia. noſtra papyrus
Quod dabit a tineæ dentibus exul erit.
Sancta poetarum ſunt munera, nulla prophanat
Styx ea, & ex ſenio nobiliora uirent.

Hinc tibi Phœbeo cogor ceu concitus œſtro
Reddere conceptæ pignora læticiæ.
Carmina cœleſtes penetrant operoſius aures
Carmine diuinus conciliatur himen.
Dum litat ergo tuus Rudolfus carmine maius
Non habuit, nec quod tradere poſſit erat.
Supplicat ut magno Pylios ſub Cæſare poſſis,
Atq; Sibyllinos exuperare dies.
Se ſchola Pannonicæ commendat docta Viennæ
Et petit ut faueas, ſuppliciterq; rogat.

ORATIO AD REVERENDISS. in CHRISTO patrem & D. D. STaniſlaum Dei gratia Epiſcopũ Olmuncẽſem, Magiſtri Volfgangi Heiligmayr ex Gemnitz Marcomanni Gymnaſii nomine habita.

REVERENDO in Chriſto patri D. D. Martino epiſcopo Nicopolienſi Reuerendiſſimi dñi dñi Staniſlai gratia dei epiſcopi Olomuncẽſis in pontificalibus & ſpiritualibus Vicario, Mag. Volfgãgus Heiligmayr ex Gemnitz Marcomannus Fœlicitatẽ optat.

QVM in hoc memorando Regum conuẽtu obſarctiſſimã Chriſtianorũ principum concordiã ſuſcepto, q diebus iſtis ſuperioribus Viennæ Auſtriæ magna omniũ & admiratione & læticia celebratus eſt, noſtrũ hoc famigeratiſſimum Gymnaſiũ, more ab antiquis laudabiliter obſerua-

to,regibus,principibus & prælatis congratulatũ ire, non indecens fore cenſuerit. Diuina (ut aiunt) uirgula id mihi muneris a maioribus oblatũ eſt ſalutandi, excipiẽdiq; Reuerendiſs. Do. dñm Staniſlaum epiſcopũ Olomucẽſem, qua ſola qdem re nihil unq̃ mihi antiqus accidere potuiſſet, q̃quã eam certe prouintiã meis humeris lõge imparẽ eſſe non inficiarer. Verũ enimuero quũ exploratũ haberẽ ſuam Reuerendiſs. dominationẽ nullo uerborũ lenocinio, nullo orationis fuco capi, & tam eſſe ab eo ꝓcul quã orati unculã iſtam ieiunam & pauxillã, ab omni elegãtia & cõpoſito ſtructuræ nitore alienã, non nihil animi habere cœpi, ut in eius me gratiam & fauorẽ hac cõmoditate inſinuarem praeripuit eam mihi oportunitatẽ immenſus regum (quoꝶ prior eſſe locus debuiſſet) labor & innumerabiles curæ, eam igitur quã habiturus fuerã oratiunculã ut ædere hortatus eſt frater tuæ Re. dñationis Adrianus cui, ut tibi omnibus in rebus obſeq mihi nõ iucundũ eſt ſolũ, ſed gratiſſimũ. Tuo autẽ gratioſo patrocinio in domini cõſpectũ ut ueniat enixe precor, quæ tui nominis auſpicio in lucem prodiit, rogoq; ut hæc quantulacũq; ſit pignus meæ erga te obſeruantiæ ſempiternũ Valeat eadem fœlicíſſime Viennæ. 1515.

SEQVITVR ORATIO.

CONSVEVIT hactenus eminẽtiſſime Præſul celeberrimũ hoc Gymnaſium eos qui huc aduentarẽt, qua ſolet obſeruantia, excipere. Neq; hos ſolum, qui uel longo maiorũ ſtẽmate & corporis dotibus inſigniti eſſent, ſed & eos in quibus uitæ morũq; ſanctitas relucet. Quos cũ ardenti

proſequatur amore, ſi & hos non minus ſui amantes eſſe intelligit, quæ quũ beneuolẽtia hucuſq; in om̃es obſeruata fuerit. Cum & de tuo deſideratiſſimo aduentu fama p̃uenerat, non potuimus eũ quẽ erga te ſemper habemus amorẽ cohibere, niſi ut tuũ, quẽ inprimis fœlicẽ optamus aduentũ, conſpiceremus, & cõſpiciendo te præſentẽ ac ſuꝑſtitẽ intueremur tibiq;, & auſpicaciſſimo aduentui prõ ſingulari tuo in Gymnaſium noſtrũ fauore congratularemur, tum ꝙ in omni genere uirtutũ inter alios ipſe incedas principes, tũ ꝙ apd nos tantũ effeceris, ut nullo unq̃ æuo tuoꝶ in nos beneficiorũ obliuiſcamur. Tanta reuera & incredibili lætitia omnes litteraꝶ dilectores tuo affeciſti aduẽtu, ut dicere audeã Romaĩs quondã cũ a Gallis præmerentur Camilli aduentũ non fuiſſe, & præſentiorẽ & lætiorem, neq; in præſentiarũ opus eſſe arbitror eius rei apud tuam R. Dñationem longam fieri cõmemorationẽ. Scis eñ Deuotiſſime Antiſtes quanta alacritate, quãtoq; deſyderio cũ ante tempora nobiſcũ uitales egiſſes auras, te noſtra ſuſceperit Vniuerſitas. At cũ munus orãdi apud tuã celſitudinem mihi iniunctũ ſit, dabis ueniã Præſul optime ſi quid minus erudite de tuis recẽſendo laudibus, corã uenerabili tuo cõſpectu protulero, neq; eñ mihi laborandũ eſſe exiſtimo, ut celebranda innumerarũ tuarum uirtutũ præconia phaleratis uerborũ lenociniis blandiuſcule eniteſcant, uel fucatis Rethoricarũ amplificationũ colorib9 ãcreſcant & extollantur. Sub hac manſurus ſpe una, ſi de uero nihil detero, et de ſplendore nihil obſcuro, tuis itaq; auſpiciis rẽ paucis explicabo. Sed a qua uirtute ſumam principiũ in eo fluctuãtis animi æſtu hæreo, ut ĩcredibilis earum numerus & apropinquatio me penitus ſuſpẽſum

teneat, te eṁ adeo cumulatim circūdant ut quæcūq; pri/
or occurrat huic ceteræ tanq̄ inuidentes ſeſe opponant,
Ita deniq; conanti dicere ſeſe cateruatim ingerunt, ut q̄li
bet feſtinabunda accurens primū apud te locum ſibi uen
dicare geſtiat, neq; a tuorum nataliū claritudine familiaq;
tua illa uetutiſſima honeſtiſſimaq; inchoandū eſſe cēſeo,
tanta eṁ tuæ amplitudo originis eſt, ut iam nihil amplius
honoris poſſe addere, hæc dignitas uideatur. Sunt eṁ ta
les, tantæq; parentum tuorū laudes ut de illorū uirtutib9
ſatius eſſe rear tacere q̄ pauca loqui. Ex tā ingenti tamen
aceruo hoc unicū ſilentio præterire iiuſtum eſſe reputo,
ꝙ hii ſola uirtute tantū apud deum & homīes meruerint
ut de te tertio nato & tertio lætent̄ præſule. De tuis autē
genuinis uirtutibus nonnulla tibi pro ingenioli mei parui/
tate narrarē, & ſi nullo aut exercitato indicendo ingenio,
nulla deniq; oratiouis auctoritate præditus ſim, qua in te
ornādo atq; extollēdo inſudare poſſem, At neq; in his tibi
ꝓpter earū uitia cōtraria blandiri aīus eſt. Nā ſi clæmen/
tiā benignitatē, moderationē, caſtimoniā recenſere uelim,
nullam in te rapacitatē, crudelitatē, uiolentiam & libidi/
nem exprobrare ſtatuerē. Nam qui bone Deus uirtutes
propter extirpāda in te uitia laudarem, cū tm̄ ſemper ab
his abſueris ut nihil ī te ſit quod uel Momus ipſe carpere
poſſit. Prudētia ea q̄ (ut Plato uult) cæterarꝫ uirtutū diui
nit9 dux eſt, hæc tibi peculiaris aīca, hæc te dies, hæc te no
ctes fouet & amplexat̄, cū q̄ ita eloquentiā coniunxiſti, ut
ex altera neq; Neſtore neq; Catone minor ſis, ex altera ne
q; Demoſteni neq; Tullio cedas, non minori in te ſplendo/
re relucet iuſtitia qua ad amuſſim et æquā lance cuncta ꝑ/
pēdis certat et apud te cū frugalitate, liberalitas, in altera

enim Curiũ & Fabriciũ Romanos ſuperas, ab altera autẽ Cyro regi merito ab oĩbus aſſimilaris, nemo. n. neſcit q̃ in omnes munificus ſis, q̃ta munificentia, q̃ta benignitate fo ues ꝓfeſſores artiũ & ingenia litteratorũ ex qua re tantũ nomen apud doctos tibi acqſiuiſti, ut te pro altero Mecœ nate uenerent̃, colant & obſeruẽt, taceo modeſtiam, tẽpe rantiã, & in ea poteſtate pene regꝝ omniũ incredibilẽ men/ ſurã ac modũ. Præterea indulgentiã & affabilitatẽ in ea eũ, Pompeio illi adſimilis es, bonitas præterea quædã in/ nata ita tibi aſſiſtit ut te ſibi quaſi ſuũ uendicet, qua oĩes tibi deuotiſſimos reddis & obnoxios, & ipſa præpotentis dei religio, recteq; uiuendi ratio merito te totũ poſſidere uidet̃. Sed receptui canendũ eſt, q̃uis & ad prima limina uirtutũ earum quæ in te uno ſuũ uidẽt̃ colocauiſſe domici liũ uix deuenerim. Nolo eĩ hoc in loco clemẽtiſſime Præ ſul tuas uirtutes ꝑtractare, id facere nõ puto homĩs medi ocris, neq; parũ eruditi cẽſeo, ſed eius qui diuino ſit ingenii acumine, multarũq; rerũ ſcientia cæteros antecellat. Id ſo lum dicere auſim præter humanitatẽ quã tibi cœlitus miſ ſam oẽs admirant̃, lętantur populi, congratulant̃ ciuita/ tes, exultant municipia, ſanctiſſimã in te eſſe uitæ frugali tatẽ, in fideq; catolica deuotiſſimã religionẽ, cultiſſimam morũ uenuſtatem quæ in te omnia, omnibus amabilẽ effe cerunt. Sed finem facio, timeo eĩ ne tuæ R. dominatio/ ni hac laudũ proſopopeia faſtidio ſim, tũ propter arduæ negotia q̃bus maxime iuolutus es, ut uidelicet Chriſtianæ religioni ac ouili tibi cõmiſſo ſancte conſuleres, & ſciſma/ ticos illos tandẽ ad Chriſti uerã reuocares fidem. Sed ma iorũ præceptis parere neceſſum erat, quorũ mandatis ſi/ cut refragari minime decet ita obſeq eoꝝ iuſſis, nõ minus

ſanctum q̃ honeſtum eſſe compertum habeo. Ex hoc feliciſſimo itaq; aduentu tuo inexplicabili quodã tota litteratorũ cohors exultat & letatur gaudio, & tanta reuera ſtudioſorũ animos inceſſit iucunditas, ut nihil profecto uideri poſſit non plenũ gaudii, non plenum leticiæ; non plenũ hilaritatis. Tum autẽ erit R. Antiſtes ut aliquando concludam, quũ priuilegiorũ noſtræ famigeratiſſimæ Vniuerſitatis tutor & tutelaris ſis cõſeruator, ut qua charitate ac beneuolẽtia ſemp excoluiſti, eadẽ Rectorem noſtrũ magnificũ, huncq; celeberrimũ doctiſſimorũ hominũ cœtũ diligas, & dignos tua gratia iudices. Nos aũt qđ poſſumus hoc tibi auidiſſime pollicemur, nunq̃ tuorũ in nos beficiorũ immemores futuros, ſed omni cura, ſtudio & diligentia ſemper ea facturos quæ ad nominis tui diuturnitatem pertinebunt.

DIXI.

AD REVERENDISS. in CHRISTO PATREM & Dom̃. D. CHRISTophorum, Epiſcopũ Labacenſem, & Eccleſiæ Secouienſis adminiſtratorem. Magiſtri Petri Freylender, Gymnaſii nomine Oratio.

VETVS erat maiorum ac priſcorũ inſtitutum qui poſteritatem omnem, tum præclaris inſtitutis, tum quoq; bene geſtis rebus illuſtrarunt, ut præmia atq; honores ampliſſimos uirtute præditis uiris conſtituerent. Quod autẽ pro celſitudine tua Chriſtophore Præſul Reuerẽ. ac Illuſs. Princeps, non q̃ pro dignitate rem tantã condeceret nec ut rei & magnitudini & maieſtati conueniat ſatiſfacturũ

atbitror tuæ amplitudinis ueniã præſtabit explorata be/
nignitas, at orandi prouintiã obire parẽdi urget neceſſitas
Gymnaſiarchæ magnifici, uictus deſiderio uoluntati ſuæ
cedendum duxi. Non poſſum facile cõſequi uerbis, q̃ pri/
mũ tui deſideratiſſimi aduentus conſtans circũferebat fa
ma q̃ta ardentiſſimos quoſq; uiſendi cupiditas cœperat,
quãto inq̃ optatu & admirationi ſinguli, tũ uniuerſi te per
ſpicere concupiuerint, uidiſſes quoq; alacrẽ hinc atq; inde
populũ ubiq; par gaudium, tã æqualiter ab omnibus ex
aduẽtu tuo lætitia ꝑcepta eſt. quo nos uſq; adeo recreas,
ut tuo uelut numine, ſincerã inuictiſſimi Impatoris noſtri
mentẽ, ꝑpetuã fidem, ſingularẽ obſeruantiã, atq; hilarẽ
offerentis animũ iam ꝑpendiſſe uidearis, neq; ex uerborũ
inopia, ſed ex animi copia rẽ metiri, maiorẽq; bouc uolũta
tis q̃ culti ſermonis habere rationẽ. Siqdem eos ipſos con
digna ꝓſeq ueneratiõe Demoſthenes Pericles ueteꝝ ſapi
entes decentiſſimũ fore atbitrati ſunt, q ingenuis naturæ
muneribꝰ utriuſq; & aĩ & fortunæ bonis ſplendeſcũt, quo
in numero tu imprimis ſũme Antiſtes es ꝑcenſendus, non
tã uirtutis fulgore ſplẽdidiſſimi generis nobilitate inſignis
reliquos quoſq; præcellis. Merito nataliũ claritudĩe cæte
ris ſis ualde oĩbus præferendus, q ex tam clara tã nobili
Carnorũ proſapia genitus, quæ illuſtrior ac clarior quidẽ
habenda eſt eo q͂ a uetuſtiſſimo ſtẽmate originẽ traxeris,
inpræſentiaꝝ admodũ diffuſa, ut nulla feræ Carniole gen
tis ꝓgenies exiſtat, quæ nõ aliquo affinitatis ac cognatiõis
uinculo cũ tuo nobiliſſimo & omniũ antiqſſimo genere ſit
coniũcta. Sed quis tã exacte tui generis amplitudinẽ re/
ferre poſſit, eloquar an ſileã, quantis equeſauratus fami/
geratiſſimus efferebatur laudibus, nõ iniuria theutonicus

appellabať Achilles,qui in rebus bellicis ac militaribus obeundā frequenter uictor ultimus exceſſit, cætera præ/ claræ ſtirpis nomina ſubticeo, longum eñ per æuũ enar/ randa eſſent qnnimo cōmēmorare ſingula,ac quorumuis geſta enũerare citius tēpus q̄ copia deeſſet. Tu eñ impri/ mis inter Illiricas natiōes fulgentiſſimo quodā ſplendore colluceſcis,omnē namq; ætatē, omnia uitæ tuæ tempora ſemp in præclaris operibus laudatiſſimiſq; exercitationi/ bus conſũpſiſti, quēadmodum Chriſtianũ decet hominē, & eũ qui ad decus,q ad hominũ ſalutem, q ad magnas & ſplendidiſſimas aptus natuſq;. Ad hæc habes ipſe innatā gratiam de tuo ore & conſpicuo corporis habitu,cum dig nitate ac maieſtate ſpirat amæniſſima reuerentia, acce/ dit quoq; ad hæc naturæ munera tua uirtus eximia,incul/ pati mores, doctrina præcellens ex quo ſane factũ eſt,& non ſolum opulenti Secouienſi epiſcopatu,ſed etiā Laba/ cenſi pontificatu digniſſimus doctiſſimi cuiuſq; iudicio eē cēſearis. Tua inquā admirāda in rebus principalibus obe/ undis dexteritas & circũſpecta prudentia ad pontificalia ſublimarũt faſtigia. Et q̄tum id honoris adfert quēadmo dũ utriuſq; & canonicæ & legalis ſapiētiæ dignitate inſig/ nitus es,ita in utriſq; innata īduſtria at pſpicaciſſima præ polles eruditiōe, tu eñ digniſſime Præſul cæteris poſtha bitis rebus,id tantũ cupias,id efficias, id magno ſæquaris ſtudio,& naturæ ac ratione duce,multa noſſe,multa ſcire multa adipiſci nunq̄ defuiſti. quo fit q̄ talis inter tuos ha bearis qualis apud Cretenſes Minos,apđ Aegiptios Mer curius,apđ Corinthios Phidos,apđ Mitilenæos Pittac9, & quibus apud Romanos honoribus Numa Pom. affe/ ct9 eſt.Idcirco in maxīa es ſicut merito eē debes exiſtima/

tione atq; auctoritate apud ſacratiſſimum, & ominiũ cũ honore mihi nominandũ Cæſarem MAXIMILIANum tua namq; efficit uirtus, excellẽtia, ut tua uirtutæ, tuo diui no uteret̃ conſilio, te auctore, te conſiliario, res præclariſſi mas, res pro concordia cõficiebat ſalutares, qui tuã in re/ bus expediendis induſtriã fidem, eloquentiã erat expert9, te præ omnibus dignũ ac pidoneum cenſuit, cui legationis munus iniungeret, quod tu cũ res graues ac magnas fide/ liter feſtiuiter ac conſignatiſſime pegiſti, & cõflictantium populorũ diſſidia dirimens frequẽter triũphator reuerſus es. Nam qs ſubinde ignorat, quæ tua eſt in rebus omibus comitas, gubernandi prudentia, quaꝶ quidẽ uirtutũ ſum/ ma comes eſt iuſticia, inaudita beignitas, ſingularis mãſue tudo q̃ maieſtatem epiſcopalem decorant, tuãq; amplitu dinem honeſtant ut in Stiria Carinthia Carniola tam infi/ mates q̃ ſummates te diligãt, te præconio bonitatis extol/ lant. Taceo quantũ in te cõmendanda ueniũt, moderatio temperantia, liberalitas, clemẽtia, cunctarum rerũ obſer uantiſſima menſura atq; modus, & flagrãtiſſimus Chriſti anæ religionis affectus. Ex his omibus efficit̃, ut nulli An tiſtitum Chriſtianorũ ſis ſecũdus, agiſq; epiſcopatum ex omni prorſus parte abſolutiſſimũ. Sed ne faſtidium tuæ celſitudini longior pariat oratio finẽ agreſſurus. Eſt enim natura comparatũ ut artificia callens artis miretur artifi cem, ut eruditus eruditionis amet homines, itidem tu do/ ctiſſime Antiſtes, omnifaria doctrina præditus, doctrinæ profeſſores amplectere atq; foue, tuæ illuſtriſſime digni/ tati Rectorẽ magnificum & omnigenarũ profeſſores ſciẽ tiarũ, totũ ſubinde Gymnaſium cõmendo, et ſicuti ab inui ctiſſimo Cæſare MAXIMILIAno ſingulari proſequaris

amore,ita uniuerſum noſtrum ſtudiũ ad diligendum tum
etiam ꝓtegendum promoue & illam ſtudiorũ celebritatẽ
ſuæ ſacroſanćte maieſtati ad tuendũ trade, de qua in nos
beneficentia collata tuam amplificandum laudem tuũq;
nomen ſempiternæ memoriæ cõmendare operam naua/
bimus.

DIXI.

AD REVERENDISS. PATREM ET DOM.D BERTHOLDVM Dei gratia Kemenſem Epiſcopum Oratio Leonhardi Coturnini Virtenbergii.

ANTIQuitas noſtrà(glorioſiſſime Præſul)multifario
laudis præconio uirũ aliqua uirtutis eminẽtia alios uincẽ/
tem cõmendare ſolebat,qui nobilitatis ſtẽma,non a maio
ribus,nec ab ipſa(ſicut clariſſimis hiſtoriis cernere licet)
familia ſumere conſueuerat, ſed ab ipſis præclaris animi
uirtutibus omnẽ nobilitàtem deriuabat. Quid em̃ apud
Romanos Scipiones, qd Catones,præter uirtutes nobi/
les claroſq; feciſſe arbitremur, pluribus ẽt ſtatuas æneas
qui rei militaris, peritia, cõſilio,uel prudentia profuerant
(ne memoria eorũ periret)erigebant,hæc uirtutũ ſtudio/
ſis præmia adiungebant̃,tanta gloria,tantà fama,eos flo
rere cupiebant ut nunq̃ hominũ memoriã geſta iſta egre/
gia fugere uellent, quales etiã uiri uiuentes fuiſſẽt. Et ut
paruo uerborũ contextu multa cõpræhẽdam, omnẽ hu/
manã nobilitatẽ excellentiã præſtantiã ac honorem pro/
pter uirtutes originatũ eſſe nouimus. Qđ multis exẽplis

in pluribus nobiliſſimis proſapiis demonſtrari poſſet. Ne aũt tuæ R. dignitati tedium meis ineptiis præſtem, oẽs propagines (tua excepta) ornatiſſimas relinquam. Nobis equidẽ te progeniẽ tuã, optimis uirtutibus, ſapientia, prudentia, nobilẽ, claramq; feciſſe conſtat. Quis eſt igit̃ q te nõ merito laudarit, cõmendauerit & omni laude dignum eſtimarit. In omni quoq; ſcientiarũ genere cũ ſis doctiſſimus, quis te hac eminẽtiſſima dignatione nõ dignum cenſuerit ſacratiſſimæ paginæ, ſenſus acutiſsios, ſubtilitates profundiſsimas ingenii tui acrimonia duobus celebratiſſimis Gymnaſiis Viennenſi Pariſienſiue, didiciſti. quæ nr̃æ Chriſtianæ religionis Antiſtẽ maxime concernit & ornat. Rerũ uariarũ cognitiões ut acqreres & chriſticolis doctrina tua ſaluberrima, conſilio, prudẽtia, infuturis prodeſſe poſses, nullis laboribus grauiſſimis, nullis piculis etiã maximis territus fueras, ſed oẽs aduerſitates, tribulatiõibus erũniſq; plenas, ut ſacri eloquii præceptiões ſanctiſſimas pareres ſuſtinuiſti. noueras equidẽ aĩæ, bonis nihil meli9 nihil præſtantius excellẽtiuſq;, quæ nullis terrenis torſionibus in hoĩe deleri extingui uel aliquo modo auferri poſſunt Cicerone elegantiſſime dicẽte, q̃ri eſtimãda eſt uirt9, quæ nec eripi nec ſurripi poteſt, neq; naufragio, neq; incẽdio amittit̃, nec temporũ pmutatiõe mutat̃. qua præditi q ſunt, ſoli ſunt diuites, ſoli nãq; res & fructuoſas & ſempiternas poſſidẽt. Hic eſt theſaurus ineſtimabilis, q quocũq; ierit homo ſequitur, ſiue optimi maximi dei olimpica regna quis ſcandat, ſiue teterrima plutonis gubernamina infera ſubintret, eum iſtius theſauri maieſtas ſemper comitatur. Hunc pluribus uigiliis Viennæ operã bonis litteris nauãdo quæſiiſti, Inſuper litteraria paleſtra Pariſienſi

omniũ primaria ſacrarũ litterarum excellentiſſimos ma/
giſtros,quibus iuſte informari poſſes q̃ſiuiſti.Ibi ſũmis co
natibus, p̄fecta opera theologiæ præceptiones argutiaſq;
dudũ hauſiſti,demũ palma ibidem uictoriæ cõſecuta inſi/
gnia ſcilicet doctiſſimi theologiæ magiſtri ſuſcepta, lares
paternos ingenti gloria repetens in ſincerũ ſanctæ Ro. ec/
cleſiæ præſulem electus es,dominici gregis paſtorẽ,ſalua
toris noſtri ĩ terra præſidẽ,principemq; digniſſimũ. Huic
dignationi ſacratiſsimæ,magna humilitate,ſanctiſsĩa ſtrẽ
nuitate,cõſumatiſsima religione præeſſe ſoles,eum the/
ſaurũ nobiliſſimũ in iuuentute congeſtum,tuis iam impar
tiris ouibus omni charitate,nullus etiã ſanctiſsimi tui prin
cipatus reperitur,qui te nõ ſincere coleret,amaret,obſer/
uaretq;. Plurimũ etiam a maximis principibus ꝓpter tui
ingenii perſpicaciam peculiareq; a domino deo datã gra/
tiam dilectus es. Noluit diuus MAXIMILIANVS R.
Imperii gubernator in celeberrimo principũ cõuentu tua
carere præſentia,ſed tuam uocauit dignitatem,tuis enim
ingenuis conſiliis uti uoluit, quæ acerrime præſtare ſemp̄
ſciuiſti,quibus etiã apud Cæſaream maieſtatẽ inclitã no/
ſtrã litterariam paleſtram promouere, protegere,& ſub
tutiſſimis alis defendere cuſtodireq; digneris.

DIVI.

Impræſſum Viennæ Pannoniæ per Hieronymum
Vietorem. Expenſis uero Leonardi & Lucæ
Alantſee fratrũ. Menſe Ianuari. AN
NO. M.D. XVI.


Leonardus & Lucas Alantſee.